porro: multaq; alia prata & arbusta. A capite porticus triclinium excurrit: ualuis xistum desinentem: et protinus pratum multumq; ruris uidet. fenestris hac latus xisti: et quod prosilit uillæ: hac adiacentis yppodromi: nemus comasq; prospectat. Contra mediam fere porticum dieta parum recedit. Cingit areolam: quæ quatuor platanis inumbratur. Inter has marmoreo labro aqua exundat: circumiectasq; platanos & subiecta platanis leni aspergine fouet: est in hac zeta dormitorium cubiculum quod: diem: clamorem: sonum: excludit iunctaq; quotidiana amicorumq; cœnatio: areolam illam porticus alia: eademq; omnia: quæ porticus aspicit: est & aliud cubiculum a proxima platano uiride: & umbrosum marmore exculptum podiotenus nec cedit gratiæ marmoris. Ramos insidentesq; ramis aues: imitata pictura: fonticulus: in hoc fonte crater: circa sipunculi plures miscent iucundissimum murmur. In cornu porticus amplissimum cubiculum triclinio occurrit: aliis fenestris xistum: aliis despicit pratum. Sed ante piscinam quæ fenestris seruit ac subiacet: strepitu uisuq; iucunda. Nam ex edito desiliens aqua suscepta marmore albescit: idem cubiculum hyeme tepidissimum: quia plurimo sole perfunditur. Coheret hypocauston: & si dies nubilus: immisso uapore solis uicem supplet. Inde apoditerion balnei laxum & hylare excipit cella frigidaria: in qua baptisterium amplum atq; opacum. Si natare latius aut tepidius uelis in area piscina est: in proximo puteus: ex quo possis rursus astringi: si pœniteat teporis: frigidariæ cellæ connectitur media: cui sol benignissime presto est. Alia caldaria magis. Prominent enim in hac tres discensiones: duæ in sole: tertia a sole: a luce non longius. A poditerio superpositum est pheristerium: quod plura genera exercitatonis: pluresq;



triclinium

yppodromi

triclinio

hypocauston

αποδυτηριον

Apoditerio

pheristerium

circulos capit. Nec procul a balneo scalæ: quæ i criptopor
ticum ferunt: prius ad dietas tres: harũ alia areolæ illi in q̃
platani quatuor alia prato: alia uineis iminet: diuersasq; coe
li partes (ut ꝓspectus) habet. in summa criptoporticu cubi
culum: ex ipa criptoporticu excisum: quod yppodromum
uineas: montes: intuet: iungit cubiculũ obuium soli: maxi
me hyberno: hinc orit zeta: quæ uillæ yppodromũ anne
ctit: hæc facies: hic uisus a frõte. A latere æstiua criptopor
ticus in edito posita: quæ non aspicere uineas: sed tangere
uidet. In media tricliniũ saluberrimũ: afflatũ ex appẽninis
uallibus recipit. Post latissimis fenestris uineas ualuis æque
uineas: sed p criptoporticũ quasi admictit. A latere triclinii
(quod fenestris caret) scalæ conuiuio utilia secretiore ambi
tu suggerunt. In fine cubiculum: cui nõ minus iocundũ ꝓ
spectum criptoporticus ipa: q̃ uineæ ꝓbent. Subest cripto
porticus subterraneæ similis: æstate incluso frigore riget cõ
tentaq; aere suo. Nec desiderat auras: nec admictit. Post
utrãq; criptoporticum (unde triclinium desinit: icipit por
ticus ante medium diem hiberna: inclinato die æstiua: hac
adeuntur dietæ duæ: quarum in altera cubicula quatuor: al
tera tria: ut circuit sol: aut sole utuntur: aut umbra. Hãc dis
positionem amænitatemq; tectorum late longeq; ꝓcedit
yppo dromus medius patescit: statimq; intrantium oculis
totus offertur: platanis circuitur: ille edera uestiuntur: utq;
summæ suis: ita imæ alienis frondibus uirent edere truncũ
& ramos perrant uicinasq; platanos transitu suo copulant
has buxus interiacet. Exteriores buxos circumuenit laurus
umbræq; platanorum suam confert. Rectus hic yppodro
mi limes in extrema pte emiciclo frangitur mutatq; faciem
cupssi bus ambitur & tegit densiore ũbra opatior nigriorq;

Criptoporticu
yppodromũ

interioribus circulis (sunt enim plures) purissimum diem re
cipit. Inde etiam rosas effert. Vmbrarumq; frigus non in-
grato sole distinguit: finito uario illo multiplicíq; curuami
ne: recto limite reditur : nec uni huic . Nam uiæ plures in
tercedentibus buxis diuiduntur . Alibi pratulum : alibi ip
sa buxus interuenit in formas mille descripta . Litteris iter
dum quæ modo nomen domini dicunt. modo artificis. al
ternis metulæ surgunt: alternis inserta sunt poma: & ĩ ope
re urbanissimo: subita uelut illati ruris imitatio: medium in
spatium breuioribus utrĩq; platanis adornatur . Post has
achantus lubricus & flexuosus . deinde plures figuræ : plu
raq; nomina in capite stibadium cãdido marmore uitæ ꝑ
tegitur: uitem quatuor columnellæ caristiæ subeunt: ex sti
badio aqua uelut expressa cubantium pondere sipuntulis
effluit. Cauato lapide suscipitur : gracili marmore contine
tur: atq; ita occulte temperatur ut impleatur nec redundet
gustatorium grauiorq; cœnatio margini imponitur: leuior
nauicularum & auium figuris innatans circuit. Cõtra fons
egerit aquam & recipit. Nam expulsa in altum in se cadit:
iunctisq; hiatibus & absorbetur & tollitur . E regione stiba
dii aduersum cubiculum tantum stibadio reddit ornatus:
quantũ accipit ab illo : marmore splendet : ualuis inuiridia
prominet . Et texit alia uiridia: superioribus atq; inferiori-
bus fenestris suspicit despicitq; : Mox zetecula refugit qua
si in cubiculum iddem: atq; aliud: lectulus hic & undiq; fe
nestræ: Est tamen limen obscurum umbra præmente: nam
latissima uitis per omne tectum inculmen nititur : & ascen
dit . Non secus ibi q̃ in nemore iaceas: imbrem tamẽ tanq̃
in nemore nõ sentias: hic quoq; fons nascit̃: simulq; subdu
cit̃: sunt quoq; locis pluribus disposita sedilia e marmore:

stibadiũ

stibadio

quæ ambulatione fessos: ut cubiculum ipsum iuuant: fon
ticuli sedibus adiacent: per totum yppodromum inductis
fistulis strepunt riui: & qua manus dixit sequũtur his nũc
illa uiridia: nunc hæc: interdum simul omnia lauãtur. Vi
tassem iam dudum: ne uiderer argutior: nisi proposuissẽ
omnes angulos tecum epistola circuire. Neq; enĩ uerebar
ne laboriosum esset tibi legenti q̃ præsenti non fuisset: præ
sertim cum interquiescere: si liberet: depositaq; epistola qua
si residere sæpius posses. Præterea indulsi amori meo: amo
enim quæ maxima ex parte ipse inchoaui: aut inchoata per
solui: In summa. (cur enim non aperiam tibi uel iudicium
meum uel errorem: primũ ego officium scriptoris æstimo:
ut titulum suum legat: atq; iddẽtidẽ interroget aliqd cœpe
rit scribere: sciatq; si materiæ imoratur non esse longũ: lon
gissimum si aliquid accersit atq; attrahit: uides quot uersi
bus Homerus: quot Virgilius: Arma hic æneæ. Achillis
ille describit: breuis tamen uterq; est: quia facit quod isti
tuit: Vides ut aratus minutissima etiã sidera consectetur:
& colliget: modum tamen seruat. Non enim excursus hic
eius: sed opus ipsum est. Similiter nos ut parua magnis cõ
paremus: cum totam uillam oculis tuis subiicere conamur
si nihil inductum & quasi deuium loquimur. Non episto
la quæ describit: sed uilla quæ describitur magna: Verum
illuc unde cœpi: ne secundum legem meam iure reprehen
dar si longior fuero: in hoc in quo excessi: habes causas
cur ego tuscos meos: tusculanis: tiburtinis: prenestinisq; p̃
ponam. Nam super illa quæ retuli: altius ibi otium & pig
uius eoq; securius. Nulla necessitas togæ: nemo accersitor
e proximo placida omnia & quiescentia q̃ ipsum salubrita
te regionis: ut purius cœlum ut aer liquidior accedit: ibi

animo: ibi corpore ualeo. Nam studiis animũ: uenatu corpus exerceo. Mei quoq; nusquã salubrius degunt: usq; adhuc certe neminem: ex iis quos adduxeram mecũ: (uenia sit dicto) ibi amisi: dii modo in posterũ hoc mihi gaudiũ hanc gloriã loco seruent. Vale

Ius modusq; loquendi. :vii.

GAius Plinius Caluisio suo. S. Nec heredem istitui nec percipere posse rem publicam constat. Saturninus autem: qui nos reliquit heredes: quadrãtem rei pub. nostræ: deinde quadrante perceptionẽ quadrigentorũ milium dedit: hoc si uis aspicias irritum: si defuncti uoluntatẽ ratum & firmum est. Mihi autem defuncti uoluntas (uereor quam in partẽ iurisconsulti: quod sum dicturus accipiant) antiquior iure est utiq; in eo: q ad cõmunem patriam uoluit peruenire: an cui de meo sextertium ducenties cõtuli. Huic. cccc. mille paulo amplius tertiam partem ex aduentitio denegem. Scio te quoq; a iudicio meo non abhorrere cum eadem rẽ pub. ut ciuis optimus diligas. Velim ergo cum proxime decuriones contrahentur: quid sit iuris dicas parce tamen & modeste: deinde subiungas nos. cccc. milia dare sicut præceperit Saturninus: illius hoc munus: illius liberalitatis nr̃m tñ obsequiũ uocetur: hoc ego scriber̃ publice supersedi: primum q meminerã pro necessitudine amicitiæ tuæ: & debere te: & posse perinde meis ac tuis ptibus fungi. Deinde quia uerebar: ne modum quem tibi in sermone custodire facile est tenuisse in epistola non uiderer. Nam sermonem: uultus: gestus: uox ipsa moderatur: epistola oibus cõmendationibus destituta: malignitate interp̃tantiũ exponit. Vale.

Hystoriam quæ decent quæ orationem .viii.

GAius Plinius Capitoni suo Saluté. Suades ut hystoriã scribam:& suades non solus:multi me hoc sæpe monuerunt:& ego uolo non quia comode facturum me esse confidam(id enim temere credas nisi expertus)sed quia mihi pulchrum in primis uidetur:non pati occidere: quibus æternitas debeatur : aliorumq; famam cum sua ex tendere: me autem nihil æque:ac diuturnitatis amor & cu pido solicitat: res homine dignissima:& præsertim q nulli us sibi conscius culpæ:posteritatis memoriam non reformi det: itaq; diebus ac noctibus cogito :si qua me quoq; pos sim tollere humo.Id enim uoto meo sufficit.illud supra uo tum uictorq; uirum uolitare per ora:q̃q̃ enĩ sed satis est ꝙ prope sola hystoria polliceri uidetur :oratiõi enim & carmi ni parua gratia:nisi eloquentia est sũma hystoria quoquo modo scripta delectat .Sunt enim homines natura curiosi & quamlibet nuda rerum cognitioni capiuntur:ut quæ ser munculis etiam fabellisq; ducantur:me uero ad hoc studiũ impellit domesticum exemplum:auunculus meus : idemq; per adoptionem pater : hystorias & quidem religiosissime scripsit .Inuenio autem apud sapientes honestissimum esse maiorum uestigia sequi :si modo recto itinere precesserint. Cur enim cunctor? egi magnas & graues causas . Sed has etiam(si mihi tenuis ex iis spes)destino retractare .ne tan tus ille labor meus(nisi hoc ꝙ reliquum est studii addide ro)mecum pariter intercidat. Nam si rationem posteriori tatis habeas:quicquid non est peractum: pro non inchoa to est dices: potes simul & rescribere actiones:& cõponere hystoriã:utinam:sed utrumq; tam magnum est:ut abunde sit alterum efficere:unde uicesimo ætatis anno dicere ĩ foro

cœpi:et nunc demum quid præstare debeat orator adhuc
tamen per caliginem uideo:quid si huic oneri nouũ accesse
rit:habet quidem oratio ex hystoria multa communia: sed
plura diuersa in his ipsis quæ cõmunia uidentur. Narrat
illa:narrat hæc: sed aliter:huic pleraq; humilia & sordida:
& ex medio petita illi omnia recondita splendida excelsa
conueniunt :hanc sæpius ossa:musculi nerui: illã thori qui
dam & quasi iubæ decent. Hæc uel maxime ui in amaritu
dine instantia :illa tractu & suauitate:atq; etiam dulcedine
placet. Postremo alia uerba:alius sonus: alia constructio.
Nam plurimum refert ut Tucidides ait: inter syntagina &
anagonisa:quorum alterum oratio : alterum hystoria est:
ex his causis non adducor ut duo dissimilia:& hoc ipso di
uersa q̃ maxima confundam:misceamq; ne tanta quasi col
luuione turbatus ibi faciam quod hic debeo: sed interĩ mi
hi(ne a forensibus uerbis recedam)aduocandum puto .tu
tamen iam nũc cogita: quæ potissimum tempora aggredi
amur:& uetera :& scripta aliis:parata inquisitio:sed & one
rosa collatio:intacta & noua:graues offensæ : leuis gratia:
præterea ꝙ in tantis uiciis hominum plura culpanda sunt
q̃ laudanda:cum si laudaueris:parcus: si culpaueris nimius
fuisse dicaris. Sed hæc me non tardant. Est enim mihi pro
fide:satis animi:illud peto præstruas ad quod hortaris :eli
gasq; materiã:ne mihi tã scribere parato:alia rursus cuncta
tionis & more iusta ratio nascatur. Vale.

¶ Litteræ læta & tristia continentes. .ix.

GAius Plinius Saturnino suo. S. Variæ me affecerũt
litteræ tuæ. Nam partim læta:partim tristia conti-
nebant. Læta ꝙ te teneri in urbe nũtiabant:nollem inquis
sed ego uolo:præterea ꝙ recitaturum statim ut uenissem:

pollicebātur:ago grās ꝙ expector. Triste illud ꝙ iulius ua lens grauiter iacet:q̄ qui ne hoc quidem triste(si illius utili tatibus æstimetur)q̄ maturissime inexplicabili morbo libe rari:illud plane nō triste solum:uerum etiam luctuosum: ꝙ iulius auitus decessit:dum ex quæstura redit: decessit au tem in naui procul a fratre amantissimo: procul a matre:a sororibus. Nihil ista ad mortuum pertinēt:sed pertinuerūt cum moriretur:pertinēt ad hos qui supersunt. Iam quidē in flore primo tante indolis iuuenis extinctus est: summa cōsecuturus:si uirtutes eius maturuissent:quo ille studiorū amore flagrabat? quātum legit? q̄tum etiam scripsit? q̄ nūc omnia cum ipso sine fructu posteritatis abierūt. Sed quid ego indulgeo dolori:cui si frena remictas nulla materia nō maxia est:finem epistolæ faciam:ut facere possim etiā a la-chrimis:quas expressit epistola. Vale.

Aemulatio uersuum. .x.

GAius Pli. Antonio suo. S. Cū uersus tuos æmulor: tum maxime q̄ sint boni experior :ut enī pictores pulchram absolutamq; faciem raro nisi in peius effingunt ita ego ab hoc archetypo labor & decido: quo magis hor tor ut q̄ plurima proferas quæ imitari oēs cōcupiscant: ne mo aut paucissimi possint. Vale.

Editio libellorum tranquilli iuxta permissa .xi.

GAius Pli. Tranquillo suo. S. Libera tandem ende-casyllaboꝝ meoꝝ fidē: qui scripta tua cōibus amí-cis spoponderunt :appellātur quotidie & flagitantur:ac iā periculum est ne cogantur ad exhibendum:formulam acci pere:sum & ipse in edendo hesitator:tu tamen meā quoq; cunctationem tarditatemq; uicisti:proinde aut rumpe mo ras:aut caue ne eosdes istos libellos quos tibi endecasillabi

nostri blandiciis elicere nō possūt cōuiciosius stazontes ex torqueant:perfectum opus absolutumq; est:nec iam splen descit lima sed acteritur:patere me uidere titulum tuū:pate re audire:describi:legi:uenire uolumia trāquilli mei: æquū est nos ī amore tam mutuo eandē pcipere ex te uoluptatē: qua tu perfrueris ex nobis. Vale

Dedicatio porticus. .xii.

GAius Pli. Fabato prosocero suo. S. Recepi lr̄as tuas ex quibus cognoui speciosissimam te porticum sub tuo filiiq; nomine dedicasse:sequenti die ī portarum orna tum pecuniam promisisse ut initium liberalitatis esset con sumatio prioris:gaudeo primum tua gloria : cuius ad me pars aliqua pro necessitudine redundat: deinde ꝙ memori am soceri mei pulcherrimis opibus uideo ꝓferri:postremo ꝙ patria nr̄a florescit:quam mihi a quocūq; excoli iocūdū: a te uero letissimū ē quod supest deos pcor:ut aīum istū ti bi:aīo isti tp̄s q̄ lōgissimū tribuant:nam liquet mihi futurꝫ ut pacto quod maxime ꝓmisisti inchoes aliud . Nescit enī semel incitata liberalitas stare:cuius pulchritudinē usus ip se cōmendat. Vale

Oratio edenda aut continenda sua .xiii

GAius Pli. Securo suo. S. Recitaturus oratiunculam (quam publicar̄ cogito)aduocaui aliquot paucos: ut uerū audirē(nam hic duplex ratio recitandi:una ut soli citudine incendar:altera ut admonear :si quid forte me(ut meū)fallit tuli ꝙ petebam: inueni qui mihi copiam cōsilii sui facerent : ipse præterea quædam emēdanda adnotaui: Emendaui librum:quem misi tibi:materiam ex titulo cog nosces : Cætera liber explicabit: quem iam nunc oportet ita consuescere: ut sine præfatione intelligatur : tu uelim:

quid de uniuerso:quid de partibus sẽtias:mihi scribas:ero
enĩ uel cautior in cõtinẽdo:uel cõstantior in edendo si huc
uel illuc auctoritas tua accesserit. Vale.

Euẽtus postulationis nepotis .xiiii.

GAius Plinius Valeriano suo.S.Tu rogas & ego ꝑ
misi si rogasses scripturum me tibi quem habuisset
euẽtum postulatio nepotis cõtra Tusculum nomĩatum. In
ductus est nomĩatus:egit ipse pro se nullo accusãte: Et enĩ
legati uicẽtinoꝝ nõ modo nõ ꝑsserũt eum :uerũ etiam sub
leuauerũt.summa defensiois nõ fidẽ sibi in aduocatõe:sed
cõstantiã defuisse:descẽdisse ut actuꝝ atq; etiã in curia uisũ
deĩde sermõibus amicoꝝ recessisse: monitũ.n.ne desiderio
senatoris nõ iã q̃si de nũdinis:sed q̃si de gr̃a:fama :dignita
te certãtis:tã ptinaciter ꝑsertim ĩ senatu repugnaret:alioquĩ
maiorẽ inuidiã proxĩe passurus erat.Sane prius tñ a paucis
acclamatũ exeũti:subiunxit ꝑces:multũq; lachrimaꝝ: quin
etiã tota actõe homo in dicẽdo exercitatus operã dedit:ut
deꝑcari magis(id.n.et fauorabilius et tutius) q̃ defendi ui
deref :absolutus est sñĩa designati cõsulis afranii dextri :cu
ius hæc sñĩa . Melius qdẽ noĩatum fuisse factuꝝ :si cãm ui
centinoꝝ eodem animo quo susceperat pertulisset: quia ta
men in hoc genus culpæ nõ fraude incidisset. Nihilq; dig
num animaduersione admisisse cõuinceretur:liberãdum ita
uicentinis ꝙ acceperat redeleret.Assenserũt omẽs ꝑterq̃ la-
crinus ĩterdicẽdum ei aduocatõe in qnquẽnium cẽsuit . Et
q̃uis neminẽ autoritate traxisset cõstãter in sñĩa mãsit:quin
etiã destꝝ q primus diuersum cẽsuerat plata lege de senatu
hñdo iurar̃ coegit:e re.p.eripuisse ꝙ cẽsuisset:ui q̃q̃ legittĩe
postulationi a quibusdã reclamatum est.Exprobrare enim
censenti ambiguum uidebatur:sed priusq̃ sententiã dicerẽt

Nigrinus tribunus plebis recitauit libellũ disertũ & grauẽ quo questus est uenire aduocatioẽs: uenire etiã p̄uaricatio nes: in lites coiri: & gloriæ loco poni: ex spoliis ciuiũ mag nos & statos redditus: recitauit capita legũ: admonuit se natusconsultorũ: in fine dixit petendũ ab optimo pricipe: ut quia leges: quia senatusconsulta cõtemnerẽt: ipse tantis uiciis mederetur: pauci dies: & ecce liber principis seuerus: & tamen moderatus: leges ip̄um: est in publicis actis: q̄ me iuuat ꝙ in causis agẽdis nõ modo pactione: dono: mune re: uerum etiã xeniis semper abstinut: oportet quidẽ quæ sunt inhonesta nõ quasi illicita sed quasi uitanda uitare. Iocundũ tñ si prohiberi publice uideas: quod nũq̄ tibi ip se permiseris. Erit fortasse imo non dubie huius propositi mei: & minor laus: & obscurior fama: cum omnes ex neces sitate facient: quod ego sponte faciebam. Interim fruor uo luptate: cum alii diuinũ me alii meis rapinis: meæ auaritiæ occursum per ludum acceptum dictitant. Vale.

Gaudium Plinii ex collega suo. .XV.

GAius Plinius Pontio suo .S. Recesseram in munici pium cum mihi nuntiatũ est Cornutum tertullũ ac cepisse emiliæ uiæ curam. Exprimere non possum quanto sum gaudio affectus & ipsius & meo nomine: ipsius ꝙ sci licet: sicut est ab omni ambitione longe remotus debet ta men ei iocundus honor esse ultro datus meo: ꝙ aliquanto magis me delectat: mandatum mihi offert: postq̄ par cor nuto datum uideo. Neq; enim augeri dignitate q̄ equari bonis gratius. Cornuto autẽ quid melius? quid sanctius? qd in omni genere laudis: ad exẽplar antiquitatis exp̄ssus? ꝙ mihi cognitũ est nõ fama: qua alioq optia & meritissima fruitur: sed longius magnisq; experimentis: una diligimus:

una diliximus omẽs fere quos ætas nostra in utroq; sexu
emulandos tulit: quæ societas amicitiarũ arctissima nos fa
miliaritate cõiunxit: accessit uinculũ necessitudinis publicæ:
Idẽ.n.mihi (ut scis) collega quasi uoto potitus in præfectu
ra erarii fuit & in consulatu: tum ego qui uir & quantus es
set altissime inspexi: cũ sequerer ut magistrũ: ut parentẽ ue
rerer: ꝙ non tã ætatis maturitate q̃ uitæ merebatur: his ex
causis ut illi sic mihi gratulor. nec priuatim magis q̃ publi
ce tandẽ hoĩes non ad pericula (ut prius) uerũ ad honores
uirtute perueniunt. In infinitũ epistolã extendam si gaudio
meo indulgeã: reuertar ad ea quæ me agentem hic nuntius
deprehendit. Eram cũ prosocero meo: erã cum amita uxo
ris: eram cũ amicis diu desideratis: circuibã agellos: audie
bam multũ rusticarũ quærelarũ: rationes legebam inuitus:
& cursim. Malis enĩ chartis sum litteris iniciatus: cœperã
& iam itineri me præparare. Nam includor angustiis cõ
meatus: eoq; ipso quod delegatũ Cornuto audio officium
mei admoneor. Cupio te quoq; sub iddem tẽpus Cãpania
tua remictat: ne qs cũ in urbẽ rediero contubernio nostro
dies pereat. Vale.

Mors uirtus laudesq; puellæ. .xvi.

GAius Plin. Marcellino suo. S. Tristissimus hæc tibĩ
scribo: Fundani nostri filia minor defuncta est: qua
puella nihil unquã festiuius amabilius: nec modo longiori
uita: sed pene ĩmortalitate dignius uidi: nondũ ãnos .xiiii.
expleuerat: & iã illi anilis prudẽtia: matrõalis grauitas erat
& tñ suauitas puellaris cũ uirgĩali uerecũdia: ut illa prĩs cer
uicibus ĩherebat: ut nos amicos paternos & amanter & ho
neste cõplectebaṫ: ut nutrices & pedagogos: ut ꝑceptores
pro suo quemq; officio diligebat q̃ studiose: q̃ intelligẽter

lectitabat: ut parce custoditeq; ludebat: qua illa temperantia: qua etiam constantia nouissimam ualitudinem tulit. Medicis obsequebatur: sororem partim adhortabatur: ipsamq; se destitutam corporis uiribus uigore animi sustinebat. Durauit hic usq; ad extremum: nec aut spacio ualitudinis: aut metu mortis ĩfractus est: quo plures grauioresq; nobis causas relinqueret & desiderii & doloris. O triste plane acerbumq; funus: morte ipsa: mortis tempus indignius iam destinata erat egregio iuueni: iam electus nuptiarũ dies: iam nos aduocati: ꝙ gaudium quo merore mutatũ est: non possum exprimere uerbis quantũ animo uulnus acceperim: cum audiui fundanum (ut multa luctuosa dolor inuenit) precipientem quod inuestes margaritas gemmas fuerat erogaturus: hoc in thura & in unguenta & odores impenderetur. Est quidem ille eruditus & sapiens: (ut qui se ab ĩeũte ætate altioribus studiis altiusq; dediderit) sed nũc omnia querit: sæpe quæ dixit aspernat̃ expulsis quoq; uirtutibus: & talis pietas est: cuius nos laudaueris: etiam si cogitaueris quid amiserit: amisit enim filiam: quæ nõ minus formam oris eius q̃ os uultũq; referebat: totumq; patrẽ mira similitudine exscripserat: proinde si quas ad eum de dolore lr̃as mictes memento adhibere solatium: non q̃si castigaturũ & nimis forte: sed molle & humanũ: ꝙ ut facilius admictat multũ fauet medii temporis spatiũ: Vt enĩ crudũ adhuc uulnus medentium manus reformidat: deinde patitur atq; ultro requirit: sic recens animi dolor consolationes reicit ac refugit: mox desiderat & uehementer admotis acquescit Vale.

Modus recitãdi. .xvii.

GAius Plinius Spurme suo. S. Scio quãtopere bonis

artibus faueas: quantũ gaudium capias: si nobiles iuuenes dignum aliquid maioribus suis faciant: quo festinantius nuntio tibi fuisse me hodie in auditorio Calphurnii pisonis recitabat tactepigmon eruditam sane luculentamq; materiam scriptæ legis: erat fluentibus uerbis & enodibus sublimibus etiam ut poscit locus: altæ enim & uariæ sentẽtiæ nunc attollebat: nunc residebat: excelsa depressis: exilia plenis: seueris iocunda mutabat: omnia ingenio pari cõmẽdabat: hæc uoce suauissima ac uerecunda: multum sanguinis: multum solicitudis in ore: magna ornamẽta recitãtis. Et. n: nescio quo pacto magis ĩ studiis hoĩes timor q̃ fidutia decet (ne plura) quãq̃ libet plura quo sunt pulchriora hæc uerecunda recitatione: amabiliora fieri. Multum ac diu exosculatus adolescentem (qui est acerrimus stimulus mouẽdi) laudibus incitaui: pergeret qua cœpisset: lumenq; quod sibi maiores sui prætulissent: posteris præferret: gratulatus sum optimæ matri & fratri qui in auditorio illo non minorem pietatis gloriam: quã ille alter eloquentiæ retulit: tam notabiliter pro fratre recitante primum metus eius mox gaudium eminuit: dii faciant ut talia tibi sæpius nuntiem: faueo enim sæculo ne sit sterile effetum: mireq; cupio: ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum: nisi ymagines habeant: quæ mihi non hos adolescẽtes tacite laudar adhortari (& quod ambo℞ gloriæ satis magnum est) agnoscere uident: Vale

Voluptatis fruitio :xviii.

GAius Plinius Macro suo Salutem. Bene est mihi: quia tibi bene est: habes uxorem tecum: habes filium: frueris mari: fontibus: ruribus: agro: uilla amœnissima. Neq; enim dubito esse amœnissimam in qua

composuerat homo fœlicior anteq̄ fœlicissimus fieret. Ego in tuscis & uenor & studeo: quæ interdum simul facio: nec tamen adhuc possum ꝓnuntiare utrum sit difficilius capeř aliquid an scribere. Vale.

Laudes in infirmitate & curatione liberti Plinii. .xix.

GAius Pli. Paulino suo. S. Vide q̄ molliter tuos habeas: quo simplicius tibi confitebor: qua indulgentia meos tractem: est mihi semp in aīo homericū illud: uti pater suauis erat & hoc nostrū paterfamilias: quod si eēm natura aspior & durior: frangeret me tn̄ īfirmitas liberti mei zosimi: cui tanto maior hūanitas exhibēda est quāto nūc minor uēdibilitas iā agit᷑: est homo ꝓbus: officiosus: litteratus: & ars q̄dem eius & q̄si inscriptio comedus: in q̄ plurimū facit. Nam ꝓnuntiat acriter: sapiēter: apte: decēter: etiā utitur & cythara perite: ultra q̄ comædo necesse ē. Idem tā comode orōnes & hystorias & carmīa legit: ut hoc solū didicisse uideat᷑: hæc tibi sedulo exposui quo magis scires q̄ multa mihi unus: & q̄ iocūda misteria p̄staret: accedit iā lōga caritas hoīs: quā ip̄a picula auxerūt. Est. n. natura cōpatū: ut nihil eq̄ amorē incitet & accēdat q̄ carēdi metus: quē ego ꝑ hoc nō semel patior. Nā an̄ aliquos annos: dū ītente īstanterq; ꝓnuntiat sanguinē ꝓiecit: atq; ob hoc in ægiptū missus a me post longā ꝑegrinationē cōfirmatus redit nup deide dū per cōtinuos dies impatus uoci ueteris infirmitatis tussicula admoueret᷑: rursus sanguinem reddit.: qua ex cā destinaui eū mictere in p̄dia tua: q̄ foro Iulii possides: audiui. n. te sæpe referentē esse ibi aerē salubrē & lac eiusmodi curatōnibus accomodatissimū: rogo ergo scribas tuis ut illi uilla & domus pateat: offerant etiam sumptibus ei si quid opus erit. erit aūt opus modico. Est. n. parcus & cōtinens:

ut non solum delitias uerum etiã necessitates ualitudinis: frugalitate restringat: ego proficisceti tm̃ uiatici dabo: q̃tũ sufficiet eunti in tua. Vale.

Oratio Plinii & græcorum eloquẽtia .xx.

GAius Pli. Vrso suo .S. Iterũ bithini breue tempus a iulio basso & ruffum uarenũ: quẽ proconsulẽ detulerunt & a ruffo uareno quẽ aduersus bassũ aduocatum: & postularant & acceperant ĩducti in senatũ inq̃sitionẽ postulauerunt: tũ uarenus petit: ut sibi quoq; defensionis cã uocare testes liceret. Recusantibus bithinis cognitio suscepta ẽ mihi ꝓ uareno nõ sine euentu: nã bene an male liber iudicabit: in actionibus .n. utrãq; in ptem fortuna dominat᷑ multũ cõmẽdatõis & detrahit & affert: mẽoria: uox: gestus tp̃s ip̃m postrẽo uel amor uel odiũ rei. Liber offensis: liber gr̃a: liber & secundis casibus aduersis caret. Et r̃ndit mihi fonteius magnus unus ex bithinis pluribus uerbis: paucissimis rebus. est plerisq; græcoꝝ ut euripo copia uolubilis: tã longas: tãq; rigidas periodos uno spiritu quasi torrẽte cõtorquent. Itaq; iulius cãdidus nõ inuenuste solet dicer̃ aliud ẽẽ eloquentiã aliud loquentiã. Nam eloquentia uix uni aut alteri: iam non sumus antonii ut demus nemini: hæc uero quam candidus loquentiã appellat multis atq; etiam impudẽtissimo cuiq; maxime contingit. Postero die dixit pro uareno homullus: callide: acriter: culte. Cõtra nigrinus p̃sse grauiter: ornate. Censuit actilius rufus consul designatus inquisitionem bithinis dandam: postulationem uareni silentio præterit: Hæc forma negandi fuit. Cornelius priscus actoribus quæ petebant: & reo tribuit: uicitq; nume ro: impetrauimus rem negligenter comprehensam: nec satis iustam: tamen quasi iustam nõ sum epistola executurus

ut desideres actionē: nam si uerū est homericum illud a te prouidēdum est mihi ne grām nouitatis & florē quæ orunculam illam uel maxime cōmendant : epistolæ loquacitate ꝑteream. Vale.

Basilicæ descensus Plinii xxi.

GAius Pli. Rufo suo. S. Descenderā in basilicā iuliam auditurus: q̄bus proxima cōpendi natōne respōderē debebam: sedebant iudices cētumuiri uenerant obuersabantur aduocati silentiū longū: tandē a prætore nuntius: dimictunť cētumuiri eximiť dies me gaudēte: qui nūq̄ ita paratus sum ut nō morarer: causas dilatōis nepos ꝑtor qui legibus querit: ꝓposuerat breue edictū: admōebat accusatores: admōebat reos executuꝝ se: q̄ senatuscōsulto cōtinerentur suberat edicto senatuscōsultū hoc oēs: qsqs negociū hēret: iurare priusq̄ agere iubebanť: nihil se ob aduocatōem cuiq̄ dedisse: ꝓmisisse: cauisse: his. n. uerbis ac mille ꝑterea & ueni re aduocatōis: eteni uetabatur peractis tñ negociis: ꝓmictebam pecuniā dūtaxat decem miliū dare. hoc facto nepotis cōmotus prætor (qui centūuiralibus præsidet) deliberaturus an sequereť exemplū inopinatū nobis otium dedit. Interim tota ciuitate nepotis edictū carpitur: laudatur: a multis. Inuenimus qui turbā corrigeret: q añ hunc ꝑtores non fuerunt: quis aūt hic ē: q emēdet publicos mores: alii cōtra rectissie fecit. Initurus magistratū: iura cognouit: senatuscōsulta legit: r̄primit nouissimas pactōes: rē pulcherrimā turpissie uenire nō patiť: tales ubiq; sermōes q tñ alterutrā in partē ex euētu ꝑualebūt: est oio iniquū sed usu receptū: q̄ hoēsta cōsilia uel turpia: ꝓut male aut ꝓsperē cedunt: ita uel ꝓcedunt uel rep̄hendūtur. Inde plerumq; eadē facta modo libertatis: mō furoris nomen accipiūt. Vale.

edicto. S. C.
hoc omnes: qsqs negocium hēret
iurare priusq̄ agere iubebant
exemplū inopinatū

Caii Plinii epiſtolarum liber ſextus

Deſiderium Plinii ut tyro ueniat .i.

CAius Pli. Tironi ſuo. S. Quādiu ego trans padū: tu ī piceno minus te requirebā. Poſt q̄ ego in urbe: tu adhuc in piceno multo magis: ex quo ipſa loca in quibus eſſe una ſolemus: acrius me: tui cōmonent: ſeu ꝙ deſideriū abſentiū nihil perīde ac uicinitas acuit: quoq; ꝓprius acceſſeris ad ſpē fruendi: hoc īpacientius cupias: q̄cquid in cauſa: eripe me huic tormēto: ueni: aut ego illuc unde conſulto properaui reuertar: uel ob hoc ſolum ut experiar an mihi (cū ſine me Romæ ceperis eſſe) ſimiles his epiſtolas mictas: Vale.

Mors Reguli & uicia. .ii.

GAius Pl. Adriano ſuo. S. Soleo nōnunq̄ in iudiciis quærere meū regulū: nolo enī dicere deſiderare: cur ego quæro: habebat ſtudiis honorē: timebat: pallebat: ſcribebat: q̄uis nō poſſet dicere illud ipſum: ꝙ oculū mō dextrū mō ſiniſtrū circūlinebat: dextrū ſi a petitore: alterū ſi a poſſeſſore eſſet acturus. ꝙ candidū ſpleniū in hoc aut illud ſuperciliū transferebat: ꝙ ſemp aruſpices cōſulebat de actionis euentu: anili ſuperſtitione: ſed tn̄ & magno ſtudiorū honore ueniebat. tum illa pq̄ iocunda una dicētibus ꝙ libera tēpora petebat: ꝙ auditores corrogabat: quid enim iucūdius q̄ ſub alterius inuidia q̄diu uelis: & in alieno auditorio q̄ſi dephenſum cōmode dicere. Sed utcūq; ſe habent iſta bene fecit regulus ꝙ eſt mortuus: melius ſi an̄: nunc enī ſane poterat ſine malo publico uiuere: ſub eo principe ſub quo nocere nō poterat. Ideo fas eſt nōnunq̄ eum quærere: nā poſt q̄ obiit illa increbruit paſſim & inualuit conſuetudo: binas uel ſingulas clepſidras interdum & dimidias: & dandi &

VI

petendi: nã & qui dicunt egisse malunt q̃ agere: qui audiũt finire q̃ iudicare: tanta negligentia: desidia: tãta deniq; irre uerentia studiorum periculorumq; est: an nos sapientiores maioribus nostris? nos legibus ipsis iustiores? quæ tot ho ras: tot dies: tot cõpendinationes largiuntur: hebetes illi & supra modum tardi: nos apertius dicimus: celerius intelli gimus: religiosius iudicamus: qui paucioribus clepsidris p̄ cipitamus causas: quæ diebus explicari solebant. M. regu lus qui ambitiõe ab omnibus obtinebat: cui fidem paucis simi præstant. Equidem quotiens iudico: quod uel sæpius facio q̃ dico: q̃tum quis plurimũ tẽporis postulat tm̃ do ei qui docet. Temerarium enim existimo diuinare q̃ spaciosa sit causa inaudita: tempusq; negocio finire: cuius modũ ig nores: præsertim cũ prima religionis suæ iudex pacientiã debeat: quæ ps magna iustitiæ est: at quædã supuacua dicũ tur etiã: sed satius est & hæc dici: q̃ non dici necessaria: præ terea an sint superuacua nisi cum audieris: scire non possis Sed de his melius corã: ut de pluribus uiciis ciuitatis. nam tu quoq; amore cõmuniũ ciuiũ soles emendari cupere: quæ iã corrigere difficile est: nunc respiciamus nostra: & qd oĩa in tuis recte: in meis noui nihil: mihi aũt & gratiora sũt bo na q̃ pseuerant: & leuiora incõmoda: sed assueui. Vale.

Agellus nutrici donatus colendus .iii.

GAius Pli. Vrso suo. S. Gratias ago q agellum quẽ nutrici meæ donauerã. colendũ suscepisti. & erat cũ donarem centũ milium nummũ: postea decrescẽte redditu etiã preciũ minuit: quod nunc te curante repabit: tu modo memieris cõmendari tibi a me nõ arbores & terrã (q̃q̃ hæc quoq;) sed munusculũ meũ quod eẽ q̃fructuosissimũ: non illius magis itereſt: q̃ accepit q̃ mea qui dedi. Vale.

G Excusatio Pl. nõ subsequẽtis inualidam .iiii.

Aius Pli. Calpurniæ suæ. S. Nunquã sum magis de occupationibus meis questus : quæ me nõ sunt passæ: aut proficiscentem te ualitudinis causa in campaniã persequi : aut perfectam e uestigio subsequi: Nunc enim precipue simul esse cupiebam: ut oculis meis crederem: quid uiribus: quid corpusculo acquireres: & qui deniq; secessus: q̃ uoluptates regioĩs: quæ abundantiã inoffensam transmicteres. Equidem etiam fortem te nõ sine cura desiderarem: est enim suspensum & anxiũ de eo: quẽ ardentissime diligas: interdum nihil scire: nunc uero me: cum absentiæ: tum infirmitatis tuæ ratio: incerta & uaria solicitudine exterret: uereor omnia: queq; natura metuentium est : ea maxime mihi. quæ abhominor fingo quo impensius rogo ut timori meo quotidie singulis uel etiam binis epistolis cõsulas . Ero enĩ securior dũ lego statimq; timebo cũ legero. Vale.

G Cõtumeliæ inter cellsum & nepotẽ. v.

Aius Pli. Vrso suo. S. Scripseram tenuisse uarenũ. ut sibi euocare testes liceret: quod plurimũ æquum quibusdam iniquũ: & quidẽ ꝑtinax uisum maxime licinio nepoti qui sequenti senatu: cũ de rebus aliis referret: de ꝓximo senatusconsulto disseruit. Finitamq; causam retractauit. addidit etiam petendũ a consulibus ut referrent sub exemplo legis ambitus de lege repetundaꝝ an placeret in futuꝝ ad eandem legem adiici. ut sicut accusatoribus inquirẽdi ita reis testibusq; denũtiandi potestas ex ea lege esset ita reis quoq; fieret fuerunt q̃bus hæc eius oratio ut sera ut intempestiua. ut prepostera displiceret quæ omisso contradicendi tempore castigaret per actũ cui potuisset occurrere. Iuuentius q̃dem cellsus ꝑtor tanq̃ emendatorem senatus &

multis & uehemēter increpuit:respōdit nepos :rursusq; celsus:Neuter cōtumeliis temperauit:nolo referre que dici ab ipsis moleste tuli.quo magis quosdam e numero nostro ī probaui:qui modo ad cellum:modo ad nepotē prout hic uel ille diceret cupiditate audiēdi cursitantes & nunc quasi stimularēt & accederent:nunc quasi reconsiliarent cōponerentq; frequentius singulis:ambobus:interdū propitiū cæsarem:ut in ludicro aliquo p̄cabantur:mihi quidē illud etiam peracerbum fuit q̄ sunt alter alteri quid parent indicati.Nam ut celsus nepoti ex libello respondit ita celso nepos ex pugillaribus tanta loquacitas amicorū:ut hoīes iurgaturi id ip̄m inuicē scirēt tanq̄ cōuenissent. Vale.

*Solicitudo Pli.in habēdo socio in collocando.n. .vi.*

GAius Pli.Fundano suo.S.Si quando: nunc præcipue cuperem esse te Romæ:ut sis rogo opus est mihi:uoti:laboris:solicitudinis socio:petit honores Iulius naso:petit cum multis:cum bonis:quos ut gloriosum :sic est difficile superare.Pendeo ergo & exerceor spe :afficior metu:& me consularem esse nō sentio.rursus mihi uideor omnia quæ decucurri :candidatus meret̄ :hāc curam lōga mei caritate.Est mihi cū illo nō sane paterna amicitia(neq; enī eē potuit p meam ætatē)solebat tn̄ uix dum adolescentulo mihi pater eius cū magna laude mōstrari:erat nō studiorū tm̄:Verū etiā studiosorū amantissimus:ac p̄prie quotidie ad audiēdos:quos tunc ego:frequētabat:qntilianū niceam sacerdotē:uentitabat uir alioqui clarus & grauis:& qui prodesse filio memoria sui debeat . Sed multi nunc in senatu: qbus ignotus ille multi qbus notus.sed nō nisi uiuētis rueręter quo magis huic(omissa gloria p̄ris :in qua magnum ornamentū)gr̄a infirma ipsi enitendū:ipsi elaborandū est:

ꝙ quidẽ ſemper quaſi prouideret hoc tempus ſedulo fecit
parauit amicos quos parauerat coluit:me certe ut primum
ſibi ætas iudicare pmiſit:ad amorem imitationeꝗ; delegit:
dicente mihi ſolicite aſſiſtit:aſſidet recitanti:primus etiã &
tum maxime naſcentibus opuſculis meis intereſt nũc ſolus
ante cum patre:cuius nuper amiſſi ego ſuſcipere ptes :ego
uicẽ debeo implere.Doleo enĩ & illum in matura morte in
digniſſime raptũ.& hunc optimi patris adiumento deſtitu
tum:ſoliſꝗ; amicis relictũ:quibus ex cauſis exigo ut uenias
& ſuffragio meo tuũ iungas:permultũ intereſt mea te oſtẽ
tare & tñ circuire:ea eſt autoritas tua ut putẽ me efficatius
tecũ etiã meos amicos rogaturũ.Abrũpe ſi qua te retinent
hoc tẽpus meũ:hoc fides hoc etiã dignitas poſtulat . Suſce
pi candidatũ:& ſuſcepiſſe me notũ eſt.Ego ambio : ego pe
riclitor:in ſũma ſi datur Naſoni quod petit illius honor:ſi
negatur mea repulſa eſt. Vale.

Amor reciprocus Pli.& Calphurniæ. .vii.

GAius Plí.Calphurniæ ſuæ.S.Scribis te abñtia mea
nõ mediocriter affici:unũꝗ; habere ſolaciũ:ꝙ ꝓ me
libellos meos teneas:ſæpe.n.in ueſtigio meo colloces gra
tũ:ꝙ his fomẽtis acquieſcis : inuicem ego epiſtolas tuas le
ctito:atꝗ; idẽtidem ĩ manus quaſi nouas ſumo : ſed eo ma
gis ad deſideriũ tui accendor.Nã cuius litteræ tantũ habẽt
ſuauitatis:huius ſermonibus q̃tũ dulcedinis ineſt: tu tñ fre
quẽtiſſie ſcribe:licet hoc me ita delectet ut torqueat. Vale.

Preces ꝓ attilio ſibi amico ſup debito ſibi ſoluẽdo .viii.

GAius Plí.Priſco ſuo.S.Attiliũ creſcentẽ & noſti : &
amas:quis enĩ illo ſpectatior paulo :aut non nouit
aut non amat hunc ego nõ ut multi ſed arctiſſime diligo:
oppida noſtra unius diei itinere dirimunt ipſi amare iuicẽ

cum est flagrantissimus amor adolescentuli coepimus: man
sit postea hic neq; frixit iudicio sed inualuit: sciunt qui al
terutrum nostrum familiarius intuentur. Nam & ille amici
tiam meam latissima prædicatione circumfert: & ego p̄ me
fero quantæ sit mihi curæ: modestia quies securitas eius: q̄n
etiam cū insolentiam cuiusdam tribunatū plebis inituri ue
retur: idq; indicasset: mihi respondi nemo uiuēte me: quor
sus hæc: ut scias non posse attilium incolumi me iniuriam
accipere: iterum dices: quorsus hæc: debuit ei pecuniam Va
lerius uarus: huius est heres maximus noster: quem & ipse
amo: sed coniunctius tu. Rogo ergo exigo etiam pro iure
amicitiæ cures ut attilio meo salua sit: non sors modo: uerū
etiam usura plurium annorū: homo est alieni abstinentissi-
mus sui diligens: nullis quæstibus sustinetur: nullus illi est
ex frugalitate redditus. Nam studia quibus plurimū præ-
stat: ad uoluptatem tantū & gloriā exercet: & grauis est ei
uel minima iactura: & quia reparare quod amiserit grauius
exime hunc illi: exime mihi hunc scrupulū: sine me suauita-
te eius: sine leporibus perfrui. Neq; enī possū tristē uidere:
cuius hilaritas me tristē esse non patitur. In summa nosti
facecias hoīs quas uelī intendas: ne in bilem uel amaritudi
nem uertat iniuria: quā uim habeat offensus: crede eā: quā
in amore habet: nō feret magnū & liberū ingeniū: cum con
tumelia damnū: uerū ut ferat ille ego meū damnū meā con
tumeliā iudicabo: sed nō tanq̄ pro mea: hoc est grauius iras
car q̄q̄ quid denuntiatioībus & quasi nimis ago: quin po-
tius ut cœperam rogo: oro des operā ne ille se (quod uali-
dissime uereor) a me: ego me neglectū a te putē: dabis aūt
si hæc pinde cura est tibi: q̄ illud mihi. Vale.

Comēdatio Iulii Nasonis. .ix.

GAius Pl. Iacinto suo Salutē. Comēdas mihi iulium Nasonem candidatum. Nasonem mihi? Quid si meipsum? fero tamē & ignosco? eūdem enī cōmendassem tibi: si te Romæ morante ipse abfuissem: habet hoc solitudo ꝙ omnia necessaria putat: tu tñ censeo alios roges: ego ꝑcū tuarū minister adiutor pticeps ero. Vale.

Monumentū Ruffi uirginei. .x.

GAius Pli. Albino suo Salutē. Cū uenissem ī socrus meæ uillam alsiēsem: quæ aliquando ruffi uirginei fuit: ipse mihi locus optimi illius & maximi uiri desideriū: nō sine dolore renouauit: hūc. n. in calore secessū: atq; & senectutis suæ nidulū uocare cōsueuerat quocūq; me cōtulissem: illū aīmus: illū oculi requirebant: libuit etiam monumētum eius uidere: & uidisse pœnituit: est. n. adhuc īperfectū nec difficultas operis in causa modici: ac potius exigui. sed inertia eius: cui cura mandata est: subit īdignatio cū miseratione: post decimū mortis annū reliquias neglectūq; cinerē sine noīe iacere: cuius mēoria orbē terrarū gloria peruagetur: at ille mandauerat caueratq; ut diuinū illud etiam īmortale factū uersibus īscriberetur. Hic situs est Ruffus pulso q iudice quōdam. imperium asseruit nō sibi sed patriæ: Tam rara in amicis fides tam parata obliuio mortuorū: Vt ipsi nobis debeamus etiā cōditoria extruere: oīaq; heredū officia præsumere. Nam cui non est uerendū quod uidemus accidisse uirgineo: cuius īiuriam: ut indigniorē sic etiam notiorē ipsius claritas fuit. Vale.

Sciētia & laus duorū iuuenū. .xi.

GAius Plinius Marino suo Salutē. O diē lætū adhibitus in consilium a ꝑfecto urbis: audiui ex diuerso agētis: summæ spei: sūmæ indolis iuuenes: fuscū salinatorē

& uinidiũ quadratũ:egregiũ par non modo tẽporibus no
ſtris:ſed lr̃is ipſis ornamento futurũ:mira utriuſq; ꝓbitas.
conſtantia ſalua:decorus habitus: os planum: uox uirilis.
tenax memoria:magnũ ĩgenium:iudicium equale:quæ ſin
gula mihi uoluptati fuerũt:atq; inter hæc illud ꝙ me:ut re
ctorem ut magiſtrũ intuebantur:& qui audiebant me emu
lari:meis inſtare ueſtigiis uidebãtur:o diem (repetam enĩ)
lætum:notandũq; mihi cãdidiſſimo calculo :quid enĩ aut
rei pub.lætius:q̃ clariſſimos iuuenes nomen & famã ex ſtu
diis petere:aut mihi optatius:q̃ me ad recta tendẽtibus q̃ſi
exemplar eſſe propoſitũ:ꝙ gaudiũ ut perpetuo capiã:deoſ
oro:ac eoſdẽ teſtes peto:ut oĩs qui me imitari tãti putabũt
meliores eſſe q̃ me uelint. Vale.

Defenſio Priſci & paciẽtia Pli. .xii.

GAius Pli. Fabato proſocero ſuo Salutẽ. Tu uero nõ
debes ſuſpenſa manu comẽdare mihi quos tuẽdos
putas:nam & te decet multis prodeſſe:& me ſuſcipere quic
quid ad curã tuam pertinet. Itaq; betico priſco q̃tum pluri
mum potuero præſtabo:præſertim in harena mea. Hoc eſt
apud centumuiros: epiſtolarũ quas mihi ut ais aperto pe
ctore ſcripſiſti:obliuiſci me iubes:at ego nullarum libẽtius
memini:ex illis enĩ uel precipue ſentio q̃topere me diligas
cum ſic egeris mecum ut ſolebas cum tuo filio:nec diſſimu
lo:hoc mihi iocundiores eas fuiſſe:ꝙ habebam bonam cau
ſam:cũ ſummo ſtudio curaſſem ꝙ tu curari uolebas :proin
de etiam rogo:ut mihi ſemper eadem ſimplicitate quotiẽs
ceſſare uidebor(nũquã enĩ ceſſabo)cõuitiũ facias:ꝙ & ego
intelligã a ſummo amore ꝓficiſci:& tu nõ meruiſſe me gau
deas. Vale.

Donatio ſeruãda Vareno. .xiii.

GAius Plinius Vrso suo Salutem. Vnquā ne uidi sti quemquā tam laboriosum tam exercitum quā Varenum meum: cui quod summa contentione impetrauerat: defendendum & quasi rursus petendum fuit: Bitini senatusconsultum apud consules carpere ac labefactare sunt ausi: atq; etiam absentem principem criminari: ab illo ad senatum remissi non destiterunt. Egit Claudius capito irreuerenter magis q̄ constanter: ut qui senatusconsultum apud senatum accusaret. Respondit frontocatius grauiter & firme: senatus ille mirificus. Nam illi quoq;: qui prius negarant Vareno quæ petebat: eadem danda: (postquam erant data) censuerunt. Singulos enim integrare dissentire fas est: peracta quod pluribus placuisset cunctis tuendum: Attilius tantum rursus & cum eo septem: An octo? septem immo in priori sententia perseueraret: in hac paucitate nonnulli: (quorum temporalis grauitas: uel potius grauitatis imitatio ridebatur). Tu tamen æstima: quātum apud nos in ipsa pugna certaminis maneat: cuius quasi p̄lusio atq; præcursio has contentiones excitauit. Vale.

Profectio Plinii in Formianum. .xiiii.

GAius Plinius Maurico suo Salutem. Solicitas me in Formianum ueniam ex conditione ne quid cōtra comodum tuum facias: qua pactione inuicem mihi caueo. Neq; enim mare & litus sed te: otium & libertatem sequor: alioqui satius est in urbe remanere. Oportet enī omnia: aut ad alienum arbitrium: aut ad suum facere: mei certe stomachi hæc natura est: ut nihil nisi totum & merum uelit. Vale.

Insanitas Prisci. .xv.

GAius Pli. Romano suo Salutē. Mirifice rei nō inter

fuisti ego quidem: sed ad me recẽs. Passenius Paulus splen didus eques Romanus & in primis eruditus scribit elegas (gentilitiũ hoc illi: est. n. municeps ꝓpertii: atq; etiam iter maiores suos ꝓpertiũ nũerat) is cũ recitaret ita cœpit dicer̃ prisce iubes: ad hoc iauolenus priscus. (aderat enĩ ut paulo amicissimus) ego uero nõ iubeo: cogita qui risus hominum q ioci: quotiẽs est oĩno priscus haud dubiæ sanitatis iterẽ: tñ officiis adhibitus consiliis: atq; etiam ius ciuile publice re spõdet: quo magis quod tũc fecit: & ridiculũ & notabile fu it: interi paulo aliena deliratio aliq̃tũ frigoris attulit: tã soli cite recitaturus prouidẽdum est: nõ solum ut sint ipsi sani. uerũ etiã ut sanos adhibeant. Vale.

Mors auunculi Plinii. .xvi.

GAius Pl. Tacito suo. S. Petis ut tibi auũculi mei exi tũ scribã: quo uerius trader̃ posteris possis: gr̃as ago Nã uideo morti eius (si celebret̃ a te) ĩmortalẽ gloriã eẽ ꝓ positã: q̃uis. n. pulcherrimaꝶ clade terraꝶ exẽplo: ut populi ut urbes memorabili casu: q̃si semp uicturus occiderit q̃uis ipse pluria scripserit tñ ꝑpetuitati eius scriptorũ tuorũ eter nitas addet. Equidẽ beatos puto: qbus deoꝶ munere datũ est: aut facere scribẽda: aut scribere legenda: btĩssimos uero qbus utrũq; hoꝶ in numero auũculus meus: & suis libris: & tuis erit: quo libẽtius suscipio: deposco etiã quod ĩiungis Erat miseni classẽq; impio p̃sens regebat: nouẽbris Kalẽdas hora fere septĩa mr̃ mea indicat ei apparere nubẽ inusitata & magnitudine & spẽ: surgit ille sole: mox frigida gustaue rat iacẽs: studebatq;: poposcit soleas: ascẽdit locum ex quo maxime miraculũ illud cõspici poterat: nubes & incertum procul intuentibus ex quo mõte (uesuuiũ fuisse postea cog nitũ est) oriebat̃: cuius similitudinẽ & formã nõ alia magis

arbor q̃ pinus expressit. Nã longissimo uelut trunco electa in altum quibusdam ramis diffundebatur: credo etiam pe tenti spiritu euecta: deinde senescente eo destituta: ut etiam pondere suo uicta in altitudinẽ uanescebat: candida inter- dum: interdum sordida & maculosa: prout terram cinerem ue sustulerat: magnũ propiusq; noscendũ: ut eruditissimo uiro uisum. Iubet lyburnicam aptari: mihi si uenire una uel lem facit copiam: respondi studere me malle: & forte ipe q̃ scriberem dederat. Egrediebatur domo: accepit codicillos: recte negasti iminenti periculo exterrite: nauicula eius sub- iacebat: nec ulla nisi nauibus fuga: ut se tanto discrimie eri peret orabat. Vertit ille consilium & q̃ studioso animo in- choauerat: obit maxio: deducit quadriremes: ascendit ipse: non retinet modum: sed multis (erat enĩ frequens amæni- tas: erat laturus auxilium) properat illuc unde alii confesti fugiunt: rectumq; cursum: rectaq; gubernacula in periculũ tenet: adeo solutus metu: ut omnes illius mali motus: om nes figuras ut deprehenderet oculis: dictaret: enotaretq; iã nauibus cinis inciderat: quo proprius accederes: calidior & densior: iã pumices etiam nigri ambusti & fracti igne lapi des (iam uadũ subitũ ruinaq; montis: litora obstantia: cun ctatus paulum an retro flecteret: mox gubernatori: ut ita faceret monenti fortes inquit fortuna iuuat: pomponianũ pete (scriba is erat) deuenit sinu medio: nã sensim circũactis turbatisq; litoribus mare infunditur: ibi quanq̃ nondum periculo appropinquante conspicuo tamen & cum excres ceret proximo sarcinas contulerat in naues certus fuge: si contrarius uentus resedisset: quo tunc auunculus meus se cundissimo inuectus complectitur trepidantem: Consola tur: hortatur: ut quæ timorem eius sua securitate leniret:

deferri se in balneũ iubet:lotus accubat:cœnat atq; hilaris:
aut q; eque magnum:hilari similis interim euesuuio mõte
pluribus locis latissimæ flammæ altaq; incendia relucebant
quorũ fulgor & claritas tenebras noctis excipiebat:ille agre
stiũ trepidatione:ignes relictos desertasq; uillas per solitu
dinem ardere in remedium formidinis dictabat:tũ se quie
ti dedit:& quieuit uerissimo equidem sono. Nam meatus
animæ qui illi propter amplitudinẽ corporis grauior & so
nantior erat ab iis qui limini obuersabantur audiebar:sed
area ex qua dieta abibatur ita iã cinerẽ mixtisq; pumicibus
obpleta surrexerat: ut si longior in cubiculo mora exitus
negaretur excitatus procedit:seq; pomponiano:cæteriq; q
peruigilarãt redit. In cõmune cõsultant:ĩtra tecta subsistãt:
an in aperto uagẽtur (Nam crebris uastisq; tremoribus te-
cta nutabant:& quasi emota sedibus suis: nunc huc: nunc
illud abire aut referri uidebantur) sub diuo rursus:q̃q̃ leuĩ
um exesorumq; pumicum casus metuebant:quod tamẽ ma
lorum collatio elegit:& apud illum quidem ratio ratõnem
apud alios timorẽ timor uicit. Ceruicalia capitibus ĩposita
linteis cõstringunt:id munimentũ aduersus incidẽtia fuit:
Iam dies alibi:illic nox omibus noctibus nigrior dẽsiorq;:
quanq̃ faces multæ:uariaq; lumĩa solabantur:placuit egre-
di in litus & ex proximo aspicere quid iam mare admicte-
ret:quod adhuc uastum & aduersum permanebat: ibi sup
adiectum linteum recubans sedit:at iterũ frigidam aquam
poposcit:hausitq;.deinde flãmæ flammarũ p̃nuntius odor
sulphuris:se alii in fugam uertunt:excitant illum. Innixus
seruis duobus assurrexit & statim cõcidit (ut ego cõiecto).
crassiore caligine spũ obstructo clausoq; stomacho:q illi na
tura inualidus & angustus & frequenter ĩtus estuans erat.

Vbi dies redditus is ab eo quem nouissime uiderat tertius corpus inuentum integrum illesum: opertumq; ut fuerat i dutum. Habitus corporis quiescenti: q̃ defuncto similior. Interim Miseni ego & mater: sed nihil ad historiã: ne tu ali ud q̃ de exitu eius scire uoluisti: finẽ ergo faciã: unũ adiiciã omnia me quibus interfuerã queq; statim: cum maxime ue ra memorant: audierã uera persecutũ: tu potissia excerpes: aliud est. n. epistolã: aliud historiã: aliud amico: aliud omni bus scribere uale. Vale.

Honor tribuendus. .xvii.

GAius Pli. Restituto suo. S. Indignatiunculã quã in cuiusdã amici auditorio cœpi: nõ possum mihi tem perare quo minus apud te: qa non cõtingit corã: p epistolã effundã. Recitabat liber absolutissimus: hunc duo aut tres (ut sibi & paucis uidentur diserti) surdis mutisq; similes au diebant: non labra diduxerunt: non manus mouerunt: De niq; non assurrexerunt saltẽ lassitudinẽ sedendi. Quæ tan ta grauitas? quæ tanta sapientia? quæ (immo pigritia) arro gantia sinisteritas ac potius amentia? In hoc totum diẽ im pendere ut offendas: ut inimicũ relinquas: ad quẽ tanq̃ ami cissimũ ueneris: disertior ipse est tanto magis ne inuideris. Nã qui inuidet minor est: deniq; siue plus siue minus siue idem præstas: laude uel inferiorem: uel superiorem: uel pa rem: superiorem: qui nisi laudandus ille est: non potes ipse laudari: inferiorem aut parem: quia pertinet ad tuam glori am q̃ maximũ uideri quem precedis uel exequas. Equidem omnis: qui aliquid in studiis faciũt uenerari etiam mirariq; soleo. Est enim res difficilis: ardua: fastidiosa: & quæ eos a quibus contemnitur inuicem contemnat: nisi forte aliud iudicas tu: quanq̃ quis uno te reuerentior huius operis:

qui benignior attestator existimatur : qua ratione ductus tibi potissimum indignationē meā prodidi: quē habere socium maxīe poteram. Vale.

Aduocatio firmanorum. .xviii:

GAius Pli. Sabino suo. S. Rogas ut agam firmanorum publicam causam: ꝙ ego (q̄q̄ plurimis occupationibus distentus) adnitar: cupio enim & ornatissimam coloniam aduocationis officio: & te gratissimo tibi munerē obstringere: nam cum familiaritatem nostram (ut soles ꝓdicare) ad presidium ornamentumq̧ tibi sumpseris. Nihil est ꝙ negare debeam: præsertim pro patria petenti. quid enim ꝓcibus aut honestius piis: aut efficatius amantis: proinde, firmanis tuis ac iam potius nostris obliga fidem meam quos labore & studio meo dignos: cum splendor ipsorum: tum hoc maxīe pollicetur: quod credibile est optimos esse: iter quos tu talis extiteris. Vale.

Senatuscōsultus cōtra candidatos. .xix.

GAius Plinius Neroni suo Salutē. Scis tu accessisse ꝓcium agris precipue suburbanis: causa subite caritatis res multis agitata sermoībus proximis comitiis honestissima uoce senatus expressit. Candidati nec conuiuentur: ne mictant munera: ne pecunias deponant: ex quibus duo priora: tam aperte q̄ immodice fiebant. Hoc tertium q̄q̄ occultaretur: pro comperto habebatur: homulus deinde noster uigilat: rursus hoc consensu senatus sententiæ loco postulauit: ut consules desiderium uniuersorum notum pricipi facerent: peterentq̧ sicut aliis uiciis: huic quoq̧ prouidentia sua occurreret. Nam occurrit sumptus candidatorum fœdos illos: & infames ambitus lege restrinxit: eosdem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea

quæ solo continerentur: deforme arbitratus (ut erat) honorē petituros urbem italiamq; non patria: sed pro hospicio aut stabulo q̄si peregrinātis habere: cōuersant ergo cādidati certatim: q̄cq̄d uenale audiunt emptitant: quoq; sint plura: uenalia efficiunt: ꝑinde si pœnitet te italicoꝝ ꝑdiorum: hoc uēdendi tēpus: tā hercule q̄ in ꝑuintiis cōparandi: dū iddē candidati: illic uēdunt. Vale.

Casus terribilis Miseni. .xx.

GAius Plin. Tacito suo. S. Ais te adductum litteris: (quas exigenti tibi de morte auunculi mei scripsi) cupe cognoscere: quos ego miseni relictus (id enim ingressus abruperam) non solum metus: ueꝝ etiam casus ꝑtuleri: q̄q̄ animus meminisse horret: incipiam: ꝑfecto auunculo: ipse reliquum tēpus studiis (ideo remāseram) īpendi mox balneum: cœna: somnus īquietus & breuis ꝑcesserat ꝑ multos dies tremor terræ: minus formidolosus: quia cāpaniæ solitus. Illa uero nocte ita inualuit: ut non moueri omnia: sed euerti crederent. Irrupit cubiculum meum mater: surgebam inuicem: si quiesceret excitaturus: præsedimus in arca domus quæ mare a tectis modico spacio diuidebat: dubito constantiam uocarī: an īprudentiam debeam (agebam. n. duodeuicesimum annum) posco librum. T. Liuii: & quasi ꝑ otium lego: atq; etiam ut cœperam excerpo: Ecce amicus auunculi: qui nuper ad eum ex hispania uenerat: ut me & matrem sedentis: Me uero etiam legentem uidet: illius patientiam securitatem meam corripit: nihilo segnius ego intētus librum. Iam hora diei prima: & adhuc dubius & quasi languidus dies: iā quassatis circūiacētibus tectis: q̄q̄ in apto loco angusto tn̄ magnus & certus ruinæ metus: tū demum utriq; exceder oppido uisū seq uulgus attonitū: quodq; in

pauore simile prudētiæ est alienum cōsilium suo præfert.
Ingentiq; agmine abeuntis ꝑmit & impellit: egressi tecta cō
sistimus: multa ibi miranda: multas formidines patimur:
Nam uehicula: quæ ꝓduci iusseramus: q̄q̄ ī planissimo cam
po: in cōtrarias partis agebātur: ac ne lapidibus quidē ful
ta: in eodem uestigio quiescebant: ꝑterea mare ī se resorbe-
ri: & tremore terre quasi repelli uidebat̄: certe processerat
litus multaq; aīalia maris siccis harenis detinebat: ab altero
latere nubes: atra & horrenda ignei spiritus: porrectis ui-
bratisq; discursibus: rupta in lōgas flammarū figuras dehis
cebat: fulguribus ille & similes & maiores erāt: tū uero idē
ille ex hispania amicus acrius & instantius īquit si auuncu
lus tuus uiuit: uult esse uos saluos: si periit sup̄stites uoluit:
proīde quid cessatis euadere? respōdimus nō commissuros
ut de salute illius īcerti nostræ consuleremus: nō moratus
ultra proripit se effusoq; cursu periculo aufertur: nec multo
post: illa nubes descendere in terras operire maria: miseni
quod procurrit abstulerat: Tum mater orare: hortari: iube
re quoquo modo fugerem: posse enim iuuenem se & ānis
& corpoꝝ grauem bene morituram si mihi causa mortis nō
fuisset: ego cōtra saluum me. nisi una: non futurum: deinde
manum eius amplexus addere gradum cogo: paret egre: in
cusatq; se quod non moretur: Iam ciuis adhuc tamē rarus
respicio: densa caligo tergis īminebat: quæ nos torrentis
modo infusa terræ sequebatur: deflectamus inquam dum
uidemus: ne in uia strati comitātium turba in tenebris ob
teramur: uix consideramus: & nox nō qualis in lunis: aut
nubila: Sed qualis in locis clausis lumine extincto: Audi-
res ululatus fœminaꝝ: īfantum quiritatus: clamores uiroꝝ
Alii parentes: alii liberos: alii cōiuges uocibus requirebant:

uocibus noſcitabant: hi ſuum caſum: illi ſuorũ miſerabãtur erant qui metu mortis mortem p̄carentur: multi ad deos: manus tollere plures nuſq̃ iam deos ullos: æternamq; illã: & nouiſſimã noctem mundo interp̄tabantur: nec defuerũt qui factis mentitiſq; terroribuſ uera pericula augerẽt: aderant qui miſeni illud ruiſſe: illud ardere falſo: ſed credenti bus nuntiabant: paululum reluxit: quod nõ dies nobis: ſed aduentantis ignis indicium uidebatur: & ignis qdẽ lõgius ſuſtitit: tenebræ rurſus cinis: tumultus grauis: hunc idẽtidẽ aſſurgentes excutiebamus: operti alioqui de cœlo obliſi põ dere eſſemus: poſſẽ gloriari nõ gemitũ mihi nõ uocẽ parũ fortem in tantis periculis excidiſſe: niſi mecũ oĩbus: omia mecũ perire: miſero quidem: magno tñ mortalitatis ſolatõ cecidiſſem. Tandem illa caligo tenuata quaſi in fumum ne bulam ue diſceſſit: mox dies ſol etiã effulſit luridus tamen qualis eſſe (cum deficit) ſolet: occurſabant trepidãtibus ad huc oculis mutata omnia: alto cinere tanquã niue obducta regreſſi miſenum: curatis utcunq; corp̄ibus: ſuſpẽſam dubi amq; noctem ſpe ac metu exegimus: metus p̄ualebat: nam & tremor terræ p̄ſeuerabat & pleriq; limphati terrificis uati cinationibus & ſua & aliena mala ludificabant: nobis tamẽ ne tunc quidẽ q̃q̃ exp̄tis periculum & expectantibus: abeũ di conſiliũ donec de auunculo nũtius: hæc nequaq̃ hyſto ria digna non ſcripturus leges: & tibi ſcilicet qui requiſiſti ĩpugnabis ſi digna me epiſtola quidẽ uidebunt̃. Vale.

Comedia Virgilii inſtar antiquorum. xxi

GAius Pli. Caninio ſuo. S. Sum ex eis qui mirer anti quos: non tamen ut quidã temporꝝ noſtrorũ inge nia deſpicio: neq;.n. laſſa & effeta natura: nihil tã laudabile parit: atq; adeo nuper audiui Virgilium romanum paucis

L[illegible]

legentē comediam ad exemplar ueteris comediæ scriptam tam bene: ut esset possit quandoq͛ exemplar nescio an noris hominē: q̄q̄ nosse debes. Est enim probitate morum: ingenii elegantia: operum uarietate mōstrabilis: scribit mimi iambos tenuiter: argute: uenuste: atq͛ in hoc genere eloquētissime. nullū est enim genus quod absolutū non possit eloquentissimū dici: scripsit comedias: menandrū aliosq͛ ætatis eiusdem æmulatus: licet has inter plautinas terētianasq͛ numeres. Nunc primum se in ueteri comedia (sed nō tanq̄ inciperet) ostendit: non illi uis: non granditas: non subtilitas: nō amaritudo: non dulcedo: non lepos defuit: ornauit uirtutes: insectatus est uicia: fictis nominibus decenter pro ueris usus est: aperte circa meum tantū benignitate nimia: modum excessit: nisi ꝙ tam poetis mentiri licet. In summa extorquebo ei librum: legendumq͛ immo ediscendū mictā tibi: neq͛. n. dubito futurū ut non deponas si semel sumpseris. Vale.

Testamentū corruptum. :xxii.

GAius Pli. Tironi suo Salutē. Magna res acta ē omnium qui sunt prouintiis prefuturi magna omniū: qui se simpliciter credunt amicis: lustricus bructianus. Cū Montanium acticinium comitē suum ī multis flagiciis addidit: ut quem deceperat accusaret: recepta cognitione fui ī cōsilio: egit uterq͛ pro se: egit autem carptim & secundum cesellium: quo genere ueritas statim ostēditur. Protulit brutianus testamentum suū: quod acticini manu scriptum esse dicebat (hoc enī & archana familiaritas. & querendi de eo quem sic amasset) necessitas īdicabatur enumerauit crimīa fœda manifestaq͛ ille cum diluere non posset: ita se gessit: ut dum defendit turpis: dum accusat sceleratus probaret:

corrupto enim scribe seruo interceperat cōmētarios: incide ratq; ac per summū nefas utebatur aduersus amicū crimine suo: fecit pulcherrime cæsar non de brutiano sed statim de acticinio pronūciauit: dānatus & in īsulam relegatus: bruti ano iustissimo ītegritatis testimonium redditū: quē quidē etiam cōstantiæ gloria secuta est. Nam defensus expeditis sime accusauit uehemēter: nec minus acer q̄ bonus & since rus apparuit: quod tibi scripsi ut te sortitum prouintiam p̄ monerem plurimum tibi credas: ne cuiq̄ satis fidas. Deīde scias si quis forte te quod abhomior: fallat: paratā ultionē: qua tñ ne sit opus etiā atq; etiā attende: quare nō tā iocun dū est uindicari q̄ decipi miserum. Vale.

Causa simul agēda. .xxiii.

GAius Plinius Traiano suo Salutē. Impensæ petis ut agam causam pertinētem ad curam tuam pulchrā: alioqui & famosam faciam: sed nō gratis: qui fieri potest ī quis: ut non gratis? tu potes. Exigam enim mercedē hone stiorem gratuito patrocinio: peto atq; etiam paciscor: ut si mul agat crenutius ruffo: solitum hoc mihi & iam in pluri bus claris adolescentibus factitatum. nam mire concupisco bonos iuuenes ostendere foro: assignare famæ quod si cui præstare rufoni meo debeo: uel propter natales ipsius: uel propter eximiā mei caritatē: quē magni æstimo in iisdē iu diciis: iisdem etiā partibus cōspici: audiri: obligā te: obliga anq̄ dicā: nā cū dixero grās ages: spōdeo solicitudini tuæ: spei meæ: magnitudini causæ suffecturū. est idolis optimæ breui producturus alios: si interī productus fuerit a nobis neq; enī cuiq̄ tā clarū statim ingenium: ut possit emergere: nisi illi mea occasio: fautor etiam: comendatorq; contigat. Vale.

Fides uxoris erga maritum. .xxiiii.

GAius Pli. Macro suo. S. Quã multũ interest quid a quo fiat: eadem .n. facta: claritate uel obscuritate faciẽtiũ aut tollunt altissime: aut humilissime deprimuntur: nauigabam per larium nostrũ: cum senior amicus ostẽdit mihi uillam atq; etiam cubiculũ: quod in lacum prominet ex hoc inquit aliquando municeps nostra cum marito se precipitauit: causam requisiui. Maritus ex diutino morbo circa uelanda corporis ulceribus putrescebat uxor ut inspiceret exegit: nec eni quẽq̃ fidelius indicaturũ: posset ne sanari desperauit: hortata est ut moreret: comesq; ipsa mortis dux imo & exemplum & necessitas fuit: nam se cũ marito ligauit: obiecitq; in lacũ quod factum ne mihi quidem (qui municeps) nisi proxĩe auditũ est: nõ quia minus illo clarissimo arriæ facto sed qa minor ipsa. Vale.

Amissio robusti. .xxv.

GAius Pli. Niscano suo Salutẽ. Scribis robustũ splẽdidum equitem romanũ cum Attilio scauro amico meo otriculum usq; cõmune iter peregisse: deinde nusq̃ cõparuisse: petis ut scaurus ueniat: nosq; (si potest) in aliqua inquisitionis uestigia inducat. Veniat uereor ne frustra: suspicor enim tale nescio quid robusto accidisse: quale aliquando metilio crispo municipi meo: huic ego ordĩes impetrauerã: atq; etiam ꝓficiscenti quadragita milia nummũ ad instruendũ se ornandumq; donaueram: nec postea aut epistolas eius: aut aliquẽ de exitu nuntiũ accepi. Interceptus ne sit a suis an cũ suis dubiũ: certe nõ ipse: nõ quisq̃ ex seruis eius apparuit. Vtinã ne in robusto idẽ experiamur: tñ accersamus scaurũ: demus hoc tuis: demus optimi adolescẽtis honestissimis ꝑcibus q̃ pietate mira etiã sagacitate ꝑtem

querit: dii faciant ut sic ieniat ipsum quẽadmodũ iã cum quo fuisset inuenit. Vale.

Laus sponsi fusci cui destinata est uxor .xxvi.

GAius Plini. Seruiano suo. S. Gaudeo & gratulor ꝙ fusco salinatori filiam tuam destinasti: domus patricia: pater honestissimus: mater pari laude: ipse ẽ studiosus: litteratus: disertus: etiã puer simplicitate: comitate iuuenis: senex grauitate: neq; enĩ amore decipior: amo quidẽ effuse (ita officiis ita reuerentia meruit) iudicio tamen: & quidẽ tanto acrius q̃to magis amo: tibi quidem ut qui explorauerim spondeo habiturum te generum quo melior fingi: ne uoto quidem potuit: superest ut auũ te q̃ maturissime similimum sui faciat q̃ foelix tempus illud quo mihi liberos: illius nepotes tuos ue meos uel liberos uel nepotes ex uestro sinu sumere: & quasi pari iure tenere cõtingit. Vale.

Consilio seueri petitio. .xxvii.

GAius Pl. Seuero suo. S. Rogas ut cogitẽ qd designatus cõsul in honorẽ prĩcipis cẽseas: facilis inuentio: nõ facilis electio: est. n. ex uirtutibus eius larga materia scribã tñ uel quod sentiã corã indicabo: si prius hesitationẽ meam oñdero: dubito nũc idẽ tibi suadere: quod mihi debeã designatus ego cõsul oĩ hac & si nõ adulatõe: spem tñ adulatõnis abstinui: nõ tanq̃ liber & cõstãs: sed tanq̃ ĩtelligens prĩcipis nr̃i: cuius uidebã hanc esse ꝑcipuã laudẽ: si nihil q̃si ex necessitate decerneret: recordabor etiã plurios honores pessimo cuiq; delatos: a qbus hic optimus separi non alio magis poterat q̃ diuersitate cẽsendi: ꝙ ipm nõ dissimulatõne & silentio ꝑterii: ne forte nõ iudiciũ illud meum: sed obliuio uideret: hoc tunc ego: sed nõ oĩbus eadẽ placent: ne cõ ueniunt quidem: ꝑterea faciẽdi aliquid nõ faciendi ue uera

ratio:cũ hominũ ipsorũ:tum rer etiã ac tempor conditio mutať:nã recentia opa maximi prĩcipis:pbent facultatem noua magna uera cẽsendi:qbus ex causis ut supra scripsi: dubito an idẽ nunc tibi:quod tunc mihi suadeam:illud nõ dubito:debuisse me imptes consilii tui ponere quid ipse fecissem. Vale.

Aduentus Pli. in campaniã eiusq oblatioẽs .xxviii.

GAius Pli. Pontio suo. S. Scio quæ tibi causa fuerit ĩpedimẽto:quo minus pcurrere aduentũ meũ ĩ campaniam posses:sed q̃q̃ absẽs totus hic migrasti tñ mihi copiarũ tam urbanar q̃ rusticar:noĩe tuo oblatũ est:q̃s oẽs improbe:accepi tñ:nã me tui ut ita facerẽ rogabant: & uerebar ne mihi & illi irasceris si nõ fecissem. Imposterum nisi adhibueris modũ ego adhibebo:etiã tuis denũtiaui si rursus tã multa attulissent oĩa relatores dices optere me tuis rebus ut meis ut etiam sed pinde illis ac meis parco. Vale.

Genera causarũ suscipiendar in patrociniis. .xxix.

GAius Pli. Quadrato suo. S. Auidius quietus (q me unice dilexit & quo nõ minus gaudeo) pbauit ut multa alia thraseæ (fuit. n. ei familiaris) ita hoc sæpe referebat:pcipere fere solebat suscipiẽdas esse cãs aut amicorum aut destitutas:aut ad exemplũ ptinentes:cur amicorũ non eget interptatione:cur destitutas q in illis maxime & constantia agẽtis & humanitas cerneret:cur ptinẽtes ad exemplũ quia plurimũ refert bonũ an malum induceret:ad hæc ego genera causar ambitiose fortasse:addam tñ claras & illustres. æquũ est. n. agere nõnunq̃ gloriæ & famæ. Idẽ dignitati ac uerecundiæ tuæ statuo:nec me pterit usum esse & haberi optimũ dicendi magistrũ. Video etiã multos paruo ingenio:litteris nullis:ut bñ agerent agẽdo consecutos sed

& illud pollionis quod accepi uerissimũ experior :comode agẽdo factũ est ut sæpe agerẽ:sæpe agendo factũ est ut ni mis comode:quare scilicet assiduitate nimia facilitas magis q̃ facultas:nec fidutia sed temeritas parat̃: nec uero isocra ti:quo minus haberetur summus orator effecit quod infir mitate uocis:mollitia frontis:ne in publico diceret impedi ebatur:proinde multum lege:scribe : meditare ut possis cũ uoles dicere:dices cum uelle debebis:hoc fere temperamen tum ipse seruaui:nõnunq̃ necessitati:quæ pars rationis est parui:egi enim quasdam a senatu iussus quo tamen in nu mero alique fuerunt ex illa thraseæ diuisione:hoc est ad ex emplum pertinentes:affui bethicis contra bebium bassum: quæsitum est an danda esset inquisitio:data est : affui rur sus:iisdem querentibus de Cecilio classico quesitum est:an prouintiales ut socios ministrosq; proconsulis plecti opor teret:penas luere:accusaui marium priscum qui lege repetũ darum damnatus:utebatur clementia legis:cuius seueritatẽ ĩmanitate criminum excesserat relegatus est:tuitus sum iuli um bassum ut incustoditum & minus cautum:ita minime malum iudicibus acceptis in senatu remansit dixi proxime pro Vareno postulante:ut sibi iuicem uocare testes liceret: Impetratũ est : ĩposterũ opto ut id potissimũ iubear quod me deceat mea spõte fecisse. Vale.

Refectio uillæ eiusq; cultura. :xxx.

GAius Pli. Fabato prosocero suo Salutem. Debemus mehercule natales tuos:perinde ac nostros celebra re:cum lætitia nostrorum ex tuis pendeat:cuius diligentia & cura hic hilares:istic securi sumus :uilla camilliana : quã in campania possides:est quidem uetustate uexata:& tamẽ quæ sunt p̃ciosiora:aut integra manẽt:aut leuissime lesa sũt

attendemus ergo q̄ ut saluberrime reficiāt ego uideor habe
re multos amicos: sed huius generis: cuius & tu queris: &
res exigens est: prope neminem: sunt enim omēs togati &
urbani: Rusticorum autem prædiorum administratio pos
cit durum aliquem & agrestem cui nec labor ille grauis nec
cura sordida: nec tristis solicitudo uideatur: tu de ruffo
honestissime cogitas: fuit enim filio tuo familiaris: quid
tamen noui sibi præstare possit ignoro: uelle plurimū cre-
do. Vale.

Decisio triū causarū recitatio
iocūda & descriptio portus. xxxi.

GAius Pli. Corneliano suo. S. Euocatus in consilium
a cæsare nostro ad centū cellas hoc noīe lōge maxi
mā cœpi uoluptatē: qd. n. iocundius q̄ pricipis iustitiā: gra
uitatē: comitatē in secessu quoq; (ubi maxīe recludunt) in-
spicere: fuerūt uariæ cogitatiōes: & q̄ uirtutes iudicis p plu-
res spēs expirent: dixit cām claudius aristor priceps ephesi
orū: homo munificus & īnoxie popularis: īde inuidia: & a
dissimilibus delator īmissus: itaq; absolutus uidicatusq; est
& sequēti die audita est gallica adulterii rea: nupta hæc tri
buno militum honores petituro: & suam & mariti dignita
tem centurionis amore maculauerat: maritus legato consu
lari: ille cæsari scripserat: cæsar excussis probationibus cētu
rionē exauctorauit: atq; etiam relegauit superat crimini (qp
nisi duorū esse nō poterat) reliqua ps ultionis: sed maritū
nō sine aliq̄ rephensiōe paciētiæ: amor uxoris retardabat:
quā qdē etiā post delatū adulterū domi habuerat: q̄si con
tētus emulū remouisse: admonitus ut pageret accusationē:
pegit inuitus sed illā dānari etiā inuito accusatore: necesse
erat dānata: & iuliæ legis penis relicta est: cæsar & nomen

centurīōis & cōmemorationem disciplinæ militaris sentē-
tiæ adiecit:ne omnes eiusmodi causas reuocare ad se uidere
tur. Tertio die inducta cognitio est multis sermonibus: &
uario rumore:iactata iulii tironis codicillis:quos ex pte ue
ros esse constabat:ex parte falsi dicebantur :substituebātur
crimini sempronius senetio eques romanus: & Eurithinus:
cæsaris libertus & procurator:heredes cum cæsari esset ide
data cōmuniter epistola scripta:petierant ut susciperet cog
nitionem:susceperat reuersus diem dixerat:& cum ex here-
dibus quidam quasi reuerētia Eurithino remicterent accu
sationē:pulcherrime dixerat:nec ille pollicitus est: nec ego
Nero. Indulserat tñ petentibus dilationē: cuius tēpore exa
cto cōsederat auditurus:a parte heredū intrauerūt duo:om
nino postulauerunt ut oēs heredes agere cogerent:cū detu
lissent oēs aut sibi quoq; desistere pmicteret :locutus est cæ
sar summa grauitate:summa moderatione:cūq; aduocatus
senetionis & eurithini dixisset suspitiōibus relinqui reos ni
si audirent:nō curo inquit an isti suspitionibus rlinquant
ego rlinquor:deinde cōuersus ad nos statuatis quid facer
debeamus:isti enim queri uolunt:q sibi licuerit nō accusar
tum ex consilii sententia iussit denuntiari heredibus oibus
aut agerent aut singuli puocarent ad causas non agēdi:ali
oqui se uel de calumnia pnuntiatur:uides q honesti :q se
ueri dies:quos iocundissime remissiones sequebant : Adhi
bebamur quotidie cœnæ erat modica si principem cogites
Interdū acroamata audiebamus. interdū iocundissimis ser
monibus nox ducebat :sūmo die abeūtibus nobis : q dili
gens in cæsare humanitas:xenia sūt missa:sed mihi ut gra
uitas cognitionū cōsilii honor:suauitas simplicitasq; conui
ctus:ita locus ipse piocūdus fuit:uilla pulcherrima cingit

uiridissimis agris: iminet littori cuius i sinu figura maximi portus: huius sinistræ brachiũ: firmissimo ope munitum est dextrum elaborat: more portus insula assurgit: quæ illatũ uento mare obiacens frangat: tutumq; ab utroq; latere decursum nauibus præstet: assurgit autẽ arte uisenda: ingẽtia saxa latissima nauis ꝓuehit: cõtra hæc alia sup alia deiecta ipso põdere manent ac sensim (quodam uelut aggere) construunt: eminet iam: & apparet saxeum dorsum: ĩpactosq; fluctus in ĩmensum elidit & tollit: uastus illic fragor canũq; circa mare saxis: deinde pile adiicietur: quæ procedenti tempore enatam ĩsulam imitẽtur: habebit hic portus & nomen autoris: eritq; uel maxĩe salutaris. Nã plongissimũ spatium litus ĩportuosum hoc receptaculo utet. Vale.

Oblatio certæ pecuniæ filiæ Quintiliani. .xxxii.

GAius Pli. Quĩtiliano suo Salutẽ. Quãuis & ipse sis cõtinẽtissimus: & filiam tuam sic ĩstitueris: ut decebat tuam filiam Rutilii neptem cum tamẽ sit nuptura honestissimo uiro Nonio celeri (cui ratio ciuilium officiorum necessitatem quandã nitoris imponit) debet secundum cõditiones mariti ueste comitatu augeri (quibus non quidem augetur dignitas: ornatur tñ) instrui te porro animo beatissimum modicũ facultatibus scio: itaq; partem oneris tui mihi uendico: & tanq̃ parens alter puellæ nostræ confero quiquaginta milia nummum: plus collaturus: nisi a uerecũdia tua: sola mediocritate munusculi impetrari posse cõfiderem ne recusares. Vale.

Causa ꝓ attilia uariola exheredata a patre: :xxxiii.

GAius Pli. Romano suo. S. Tollite cuncta ĩquit: ceptosq; auferre labores: seu scribis aliquid: seu legis tolli: auferri iube & accipe orationem meam (ut illa arma)

diuinā (num superbius potui) re uera ut iter meas pulchrā nā mihi satis est certare mecū: ē hæc ꝓ actia uirriola: & dignitate ꝑsone: & exēpli raritate: & iudicii magnitudīe insignis. Nā fœmīa splēdide nata: nupta ꝑtori uiro: exheredata ab octogenario p̄re intra undecī dies: q̄ ille nouercā ei amore captus īduxerat: q̄druplici iudicio bona p̄rna repetebat: sedebant iudices centū & octogīta tot. n. q̄tuor cōsiliis conscribunt̄. Ingens utriq; aduocatoꝝ & numerosa subsellia ꝑstantiū corona laudatissimū iudiciū: multiplici circulo: ambibat: ad hoc stipatū tribunal: atq; etiam ex supiore basilicæ pte: qua fœminæ: q̄ uiri & audiēdi (quod difficile) & uisendi studio īminebant: magna expectatio patꝝ magna filiaꝝ magna etiam nouercaꝝ: secutus ē uarius euētus: nā duobus cōsiliis uicimus: totidēq; uicti sumus: notabilis ꝓrsus res & mira eadē in cā: iisdē iudicibus: iisdē aduocatis: eodē q; tēpore tanta diuersitas accidit casu q̄ nō casus uidet̄: uicta ē nouerca ipsa heres ex pte sexta: uictus subberinus qui exheredatus a p̄re: singulari īpudentia alieni p̄ris bona uindicabat: nō ausus fui petere: hæc tibi exposui: primū ut epistola scires q̄ ex oīone nō poterat: deīde (nā detegā artes) ut oīonem libentius legeres: si nō legere tibi sed īteresse iudicio uidereris quam) si licet magna) nō despero grām breuissime īpetratuꝝ: nam & copia reꝝ & arguta diuisione & narratiunculis pluribus & eloquēdi uarietate renouat̄: sūt multa (non auderē nisi tibi dicere) elata: multa pugnantia: multa subtilia. Interuenit. n. acribus illis & erectis frequens necessitas cōputandi: ac pene calculos tabulamq; poscendi: ut repēte ī priuati iudicii formam centūuiralē uertat̄: dedimus uela īdignationi: dedimus iræ: dedimus dolori & ī amplissīa causa: q̄si magno mari pluribus uētis sumus euecti:

In sũma solent qdam ex cõtubernalibus nostris existimare hanc orationẽ (iterũ dicam ut inter meas) ꝓ ethesiphonte eẽ: an uere: tu facillime iudicabis: q tam memoriter tenes: ut cõferre cũ hac: dũ hanc solam legis: possis. Vale.

Gladiatoriũ munus ĩ memoriam uxoris ꝓmissũ .xxxiiii.

GAius Pli. Maxĩo suo. S. Recte fecisti ꝙ gladiatoriũ munus ueronensibus nr̃is ꝓmisisti: a qbus olĩ amaris suspiceris: ornaris: ĩde etiam uxorẽ carissimam tibi & ꝓbatissimam habuisti: cuius mẽoriæ: a te opus aliquod maxime funebre debeat: ꝑterea tanto cõsensu rogabaris ut negare nõ incõstans & durũ uideret. Illud quoq; egregie ꝙ tã facilis tam liberalis in edẽdo fuisti: nam p hæc etiã magnus aĩmus ondit: uellẽ africane: q̃s coemeras plurias ad ꝑfinitũ diẽ occurrissẽt. Sed licet cessauerit ille tẽpestate detẽte: tu tñ meruisti: ut acceptũ tibi fieret: quod quo minus exhiberes nõ p te stetit. Vale.

Caii Pli. iunioris epistolarũ liber. vii.

Infirmorum documentum seruandum. .i.

GAius Plini. Geminio suo. S. Terret me hæc tua tam ꝑtinax ualitudo: & q̃q̃ te tẽperatissimũ noueri: uereor tñ ne qd illi etiã in mores tuos liceat ꝓinde moneo patiẽter r̃sistas: hoc laudabile: hoc salutar̃ ad mictit hũana natura: ꝙ suadeo ipi certe sic ager̃ sanus cum meis soleo: spero qdẽ si forte ĩ aduersã ualitudinẽ incidero: nihil me desideraturũ uel pudor̃ uel pœnitẽtia dignũ: si tñ supauerit morbus denũtio: ne qd mihi dẽt: nisi ꝑmittẽtibus medicis: sciantq; si dederit: ita uidicaturũ ut solẽt alii q̃ negarãt: qn etiã ut perustus ardentissia febre: tandẽ remissus unctusq; acciperẽ a medico potionem: porrexi manum: utq; tangerẽ dixit: ad motũ iam labris poculum reddidi. Postea cum uicesimo ualitudinis die balneo ꝑpararer: mussantesq;

medicos repente uidissem: causam requisiui: responderunt posse me tuto lauari: nõ tamē oīno sine aliqua suspitōe: q̄d inquā necesse est: atq̧ ita spe balnei: (cui iā uidebar inferri) placide leniterq̧ dimissa ad abstinentiā rursus nõ secus ac modo ad balneū animū multūq̧ cõposui: quæ tibi scripsi: primū ut te nõ sine exemplo monerē: deīde ut īposterum ipse ad eandē temperātiam astrīgerer hac epistola q̄si pig nore obligassem. Vale.

Scripta Plinii. .ii.

GAius Pl. Iusto suo. S. Queādmodū cõgruit ut simul & affirmes te assiduis occupatōibus īpediri: & scrip ta nostra desideres: q̄ uix ab otiosis impetrare aliquid peri turi temporis possunt: patiar ergo æstatē īquietā uobis ex ercitāq̧ trāscurrer: & hieme demū cū credibile erit noctibus saltē uacare te posse: querā q̄d potissimū ex nugis meis tibi exhibeā: īterim abūde est: si epistolæ nõ sunt molestæ: sunt aūt: & ideo breuiores erunt. Vale.

Voluptates laboresq̧ uicissim utēdæ. .iii.

GAius Pli. Presenti suo Salutē. Tāta ne p̄seuerātia: tu mõ in lucania: mõ in cāpania: ipse enim inquis luca nus: uxor cāpana iusta causa lōgioris abn̄tiæ: non p̄petuæ tn̄: quin ergo aliq̄n in urbē redis? ubi dignitas: honor ami citiæ: tā s̄upiores q̄ mīores: quousq̧ uigilabis cū uoles? dor mies q̄diu uoles: quousq̧ calcei: nusq̄ toga feriata: liber to tus dies? tēpus ē te reuisere molestias n̄ras: uel ob hoc solū: ne uoluptates istę sacietate languescant: saluta paulisp: quo tibi sit iocundius salutari: terere in hac turba ut te solitudo delectet. Sed quid imprudens: quem euocare conor re tardo. Fortasse enim his ipsis admoneris: ut te magis ac magis otio inuoluas: q̄ ego non abrumpi: sed intermicti

uolo: ut enim si tibi cœnam facerē dulcibus cibis acres acutosq; miscerem: ut obtusis illis: & oblitus stomachus his excitaret᷑: ita nūc hortor: ut iocundissimū genus uitæ: nonnullis interdū quasi acrioribus condias. Vale.

Endecasyllabis Pli. & excusatione eorū. .iiii.

GAius Pli. Pontio suo Salutem. Ais legisse te endecasyllabos meos: requiris etiam quēadmodum cœperim scribere homo (ut tibi uideor seruus (ut ipse fateor) nō ineptus: nunq̄ a poetica (altius enim repetam) fui alienus q etiam quatuordecim annos natus græcam tragediam scripsi: qualem inquis? nescio: tragedia uocabatur: mox cū e militia rediens in caria insula uentis detinerer: latinos elegos in illud ipsum mare ipsamq; insulam feci: expertus sum me aliquando: e thebeo endecasyllabos nunc primum: quorū hic natalis hæc causa est: legebantur in laurentino mihi libri Asinii galli: de comparatione patris & Ciceronis. Incidit epigramma Ciceronis in tyronem suum: deinde cū meridie (erat enim æstas) dormiturus me recepissem: nec obreperet somnus: cœpi reputare maximos oratores: hoc studii genus & in oblectationibus habuisse & ī laude posuisse. Intēdi animū: cōtraq; opinionē meā post longā desuetudinē p q̄ exiguo tēporis momēto id ipm: quod me ad scribēdū solicitauerat: his uersibus exaraui. Cū galli libros legerē q̄bus ille parenti ausus de Cicerone daret palmāq;: decusq;: lasciuū iueni lusum Ciceronis & illo spectandum ingenio: quo seria cōdidit & quo hūanis salibus multo uarioq; lepore magnoꝝ ondit mētes gaudere uiroꝝ. Nam queritur ꝙ fraude mala frustratus amantē. Paucula cœnato tibi debita suauia tiro. Tēpore nocturno subtraxerat his ego lectis Cur post hæc inq̄ nr̄os celamus amores. Nullūq; in mediū

timidi damus atq; fatemur. Tironisq; dolos tironis nosce fugaces. Blanditias & futura nouas addentia flammas. Trã si ad elegos: hos quoq; non minus celeriter explicui: addidi alios facilitate corruptus: in urbem deinde reuersus sodali bus legi: probauere inde plura metra: si quid otii maxime si in itinere temptauí. Postremo placuit exemplo multorũ unum separatim endecasyllaborum uolumen absoluere nec pœnitet: legitur: describitur: cantatur & iam a græcis quoq; (quos latine huius libelli amor docuit) nunc cythara nunc lira personat: sed quid ego tam gloriose (q̃q̃ poetis furere concessum est) & tamen non de meo sed de aliorũ iudicio loquor: qui siue iudicant: siue errant: me delectant unũ p̃ cor ut posteri quoq; aut errent similiter aut iudicent. Vale.

Anxietas Pli. ex absentia suæ uxoris. .v.

GAius Pli. Calphurniæ suæ. S. Incredibile est quanto desiderio tui tenear. In causa amor primum: deinde q̄ non consueuimus abesse. Inde est q̄ magnam noctium partem in ymagine tua uigilem: exigo inde q̄ interdiu: qui bus horis te uisere solebam: ad dietam tuam ipsi me (ut ue rissime dicitur) pedes ducunt: q̄ deniq; eger metu ac simi lis excluso: a uacuo lumĩe recedo: unum tempus his tormẽ tis caret: quo in foro & amicorum litibus conteror: estima tu quæ uita mea sit: cui requies in labore: in miseria curisq; solatium. Vale.

Causæ duæ ĩtroductæ uareni & bithiniorum. .vi.

GAius Plinius Macrino suo Salutem. Rara & nota bilis res Vareno cõtingit: sit licet adhuc dubia: Bi thinii accusationem eius ut temere ichoatã omisisse narran tur: dico adest ꝓuintiæ legatus: actulit decretum cõsilii ad Cæsarẽ: attulit ad multos prĩcipes uiros attulit etiã ad nos

Vareni aduocatos:perstat tñ idẽ ille magnus:qn etiam Ni
grinũ optimũ uirũ pertenacissime exercet:per hũc a consuli
bus postulabat ut Varenus exhibere rõnes cogeret᷑:assiste
bam uareno:iam tm̃ ut amicus:et tacere decreueram. Nihil
enĩ tam contrariũ q̃ si aduocatus a senatu datus defenderẽ
ut reum:cui opus esset etiam ne reus uideret᷑: cũ tñ finita
postulatõe Nigrini:cõsules ad me oculos retulissent: scietis
inquã cõstare nobis silentii nostri rationẽ:cũ ueros legatos
prout añ audieritis:cõtra nigrinus(ad quẽ missi sunt) Ego
ad me quoq; habeo decretũ ꝓuintiæ:rursus ille potest tibi
liquere:ad hoc ego si tibi ex diuerso liquere potest & mihi
(qḋ est melius)causa loqueret᷑ legatus polienus cãs abolitæ
accusatõis exposuit:postulauitq; ne cognitõi cæsaris ꝑiu-
diciũ fieret:respõdit magnus:iterũq; polienus:ipse raro &
breuiter iterlocutus:me itra silentiũ tenui:accepi.n.non mi
nus iterdũ oratoriũ est tacere q̃ dicere. Atq; adeo r̃peto me
qbusdã capitis reis uel magis silentio q̃ orõne accuratissĩa
ꝓfuisse:mr̃ amisso filio(qd.n.ꝓhibet q̃q̃ alia rõ scribendæ
epistolæ fuerit de studiis disputar̃)libertos eius eosdẽq; co
heredes suos falsi & bñficii reos detulerat ad principẽ iudi
cẽq; ipetrauerat iuliũ suburanũ:defenderã reos ingẽti qdẽ
cetu:erat.n.causa notissima:præterea utriq; ingenia clarissi
ma finem cognitioni quæstio imposuit:quæ secundum re
os cessit. Postea mater adiit principem: affirmauit se no
uas probationes inuenisse:preceptum est suburano ut uaca
ret finitam causam retractandi si quid noui afferret:aderat
matri Iulius affricanus: nepos iulii oratoris: quo audi-
to:passienus crispus dixit bene me hercule beneq;. Quid
est tam bene: Huius nepos: iuuenis ingeniosus: & non
parum callidus cum multa dixisset assignatumq; tempus

implesset: rogo inquit suburane pmictas mihi unũ uersum adiicere: tũ ego: tum oẽs me ut diu responsurũ intuerentur responderẽ inquam si unũ illũ uersum africanus adiicisset: in quo nõ dubito oĩa noua fuisse. Nõ facile me repeto tm̃ assensum agendo cõsecutũ q̃tum tunc non agẽdo: similiter nunc & ꝓbatum & exceptũ: ꝙ ꝑ uareno hactenus non ta cui cõsules (ut polienus postulabat) omĩa integra principi seruauere: cuius cognitionẽ suspẽsus expecto. Nam dies il le nobis ꝑ uareno aut securitatẽ & otiũ dabit: aut intermis sum laborẽ renouata solicitudine iniũget. Vale

Mutua saturnini & prisci amicitia. .vii.

GAius Plin. Saturnino suo. S. Et proxime prisco nr̃o & rursus (quia ita iussisti) gratias egi: libentissime q̃ dem: est. n. ꝑiocũdum: ꝙ uiri optimi: uiriq; amicissimi adeo cohesistis ut inuicẽ uos obligari putetis. Nã ille quoq; p̃ci puam se uoluptatem ex amicitia tua capere ꝓfitet: certatq; tecum honestissimo certamine mutuæ caritatis quam ip̃m tempus augebit: te negociis distineri ob hoc modeste fero ꝙ deseruire studiis non potes si tamen alteram litem ꝑ iu dicem alteram per te ipse finieris: icipies primum istic otio frui: deĩde saciatus ad nos reuerti. Vale.

Gratiæ actæ prisco noĩe saturnini & eius amicitia .viii.

GAius Pli. Prisco suo. S. Exprimere non possum q̃ io cundum sit mihi ꝙ Saturninus noster summas tibi apud me grãs: aliis sup alias epistolas agit: pge ut cœpisti: uiꝝq; optimũ q̃ familiarissĩe dilige: magnã uoluptatem ex amicitia eius percepturus: nec ad breue tp̃s nã cũ oĩbus uir tutibus abũdat: tũ hac p̃cipue: ꝙ habet maximã in amore cõstantiã. Vale.

Studiũ quale oportet. .ix.

GAius Pli. Fusco suo. S. Queris quẽadmodũ i secessu

(quo iam diu fueris )putem te studere oportere:utile mihi plurimum uidetur:& multi preceperunt:uel ex græco in latinũ : uel ex latino uertere in græcũ:quo genere exercitationis proprietas splendorq; uerborum:copia figurarũ: uis explicandi:ꝑterea imitatõe optimorũ:similia inueniẽdi facultas paratur:simulq; legentẽ fefellissent: transferentẽ fugere nõ possunt:intelligẽtia ex hoc & iudicium acquirit᷑ . Nihil offuerit quæ legeris hactenus:ut rem argumẽtumq; teneas quasi horologium scribere:lectisq; cõferre ac sedulo pẽsitare quid tu qd ille comodius : magna gratulatio si nõnulla tu:magnus pudor si cuncta ille melius:licebit interdum & notissima eligere & certare cum electis:audax hæc nõ tamẽ improba quia secreta cõtentio:q̃q̃ multos uidemus eiusmodi certamina sibi cum multa laude sumpsisse:quousq; subseq satis habebant:dũ nõ despant añ cessisse: poterunt & q̃ dixerũt post obliuionẽ retractar̃:multa retinere:multa trãsire:alia ĩterscribere:alia rescriber̃:laboriosum istud & tedio plenũ:sed difficultate ipsa fructuosũ:recalescere ex integro & resumẽ impetũ fractũ omissumq; : postremo noua uelut mẽbra peracto corpori intexere:nec tamen priora turbare Scio nũc tibi esse precipuũ studiũ orandi:sed nõ ideo semper pugnantẽ hunc & q̃si bellatoriũ stilũ suaseri:ut.n.terræ uariis mutatisq; semibus :ita ĩgenia nr̃a nunc hac nũc illac meditatõe recolunt᷑:uolo ĩterdũ aliquẽ ex historia locũ apꝑhendas:uolo epistolã diligẽtius scribas:nã sæpe in orõne quoq;:nõ historice mõ sed ꝓpe poetice descriptõis necessitas incidit:& pressus sermo purusq; ex epistolis petitur: fas est & carmine remicti : non dico continuo & longo . Id enim perfici nisi in otio non potest:sed hoc arguto & breui:quod apte quantas libet occupatiõis curasq; distinguit:

lusus uocant:sed hi lusus non minorē interdū gloriā q̄ se
ria consecūtur atq; adeo (cur enim te aduersus nō uersibus
adhorter) ut laus est ceræ mollis:cedensq; sequatur .Si do
ctos digitos:iussaq; fingat opus:& nunc informet martem
castam ue mineruā:Nunc uenerē effingat:nūc ueneris pue
rum.Vtq; sacri fontes nō sola incendia sistunt.Sæpe etiā
flores uernaq; prata iuuant.Sic hominū ingeniū flecti du
ciq; p artes.Nō rigidas docta mobilitate decet.Itaq; sūmi
oratores summi etiam uiri sic se aut exercebant aut delecta
bant:imo delectabant exercebantq;:nam mirum est ut his
opusculis aīmus intentat̄ remictat̄:rcipiūt.n.amores:odia
iras:miram urbanitatem : omnia deniq; quæ in uita atq;
etiam ī foro causisq; uersant̄.Inest his quoq; eadē que aliis
carmibus utilitas:ꝗ metri necessitate deuinctiq; soluta ora
tione letamur:& ꝗ facilius esse compatio ostendit:libētius
scribimus:habes plura etiam fortasse q̄ reqrebas:unū tamē
omisi:non.n.dixi q̄ legenda:arbitrarer:q̄q̄ dixi cū dicerem
q̄ scribēda:tu memineris sui cuiusq; generis autores diligen
ter eligere:aiunt.n.multū legendū esse:nō multa:qui sūt hi
adeo notū ꝓmptūq; est ut demōstratione nō egeat.Et alio
qui tam īmodice epistolam extendi:ut dū tibi q̄uadmodū
studere debeas suadeo studendi tempus abstulerim:qn er
go pugillarꝭ resumis:& aliquod ex his uel istud ipm quod
ceperas scribis.Vale.

Causæ reliquū uareni & bithiniorum. .x.

GAius Pl.Macrino suo.S.Quia ipe cum prima cog
noui iungere extrema quasi auulsa cupio:te quoq;
existimo uelle de Vareno & Bithiniis reliqua cognoscere.
Acta causa hic a polieno:inde a magno finitis actioibus
cæsar neutra inquit:proinde mora queretur:erit mihi cure

explorare prouĩtiæ uoluntatẽ:multũ interi Varenus tulit: & .n.q̃dubium est an merito accusetur qui nomine accuseť incertũ est:supest ne rursus ꝓuintiæ ꝙ damnasse diciť placeat agatq́ȝ pœnitentiã pœnitentiæ suæ. Vale.

Venditio.rata seruanda agrorũ per libitũ .xi.

GAius Pli.Fabato prosocero suo.S.Miraris ꝙ Hermes libertus meus hereditarios agros :quos ego iusseram proscribi:non expectata actione pro meo qncunce septingentis milibus corelliæ addixerit:adiicis posse eos nongentis milibus uenire:ac tanto magis queris :an ꝙ gessit ratum seruem:ego uero seruo : qbus ex causis accipe cupio.n.& tibi probatũ:& coheredibus meis excusatum esse: ꝙ me ab illis maiore officio iubente secerno. Corelliam.n. summe diligo:primum ut sororem corelli ruffi: cuius mihi memoria sacrosancta est:deinde ut matri meæ familiarissima :sunt mihi & cum marito eius Militio fusco optimo uiro uetera iura:fuerunt & cum filio maxima: adeo quidẽ ut ꝑtore me ludis meis presederit: hæc cum proxime istic fui indicauit mihi cupere se aliquid circa larium nr̃m possideř ego illi ex ꝑdiis meis quod uellet & q̃ti uellet obtuli: exceptis paternis maternisq́ȝ.His.n. cedere ne Corelliæ qdẽ possum:igitur cũ obuenisset mihi hereditas in qua prædia ista scripsi ei uenalia futura:has epistolas hermes tulit : ut stati exigenti portionẽ meã sibi addiceret:paruit:uides q̃ ratum habere debeã ꝙ libertus meus meis moribus gessit : supest ut coheredes æquo aĩo ferãt:sepatim me uendidisse: quod mihi licuit oĩo uẽdere:nec uero coguntˀ imitari meũ exemplũ:non.n.illis eadẽ cum Corellia iura:possunt ergo ĩtueri utilitatẽ suã:pra qua mihi fuit amicitia. Vale.

Missio libelli & delusio minicii. .xii.

GAius Pli. minicio suo. S. Libellū formatū a me sicut exegeras (quo amicus tuus imo noster): qd eni nō cōe nobis (si res posceret uteret) misi tibi ideo tardius: ne tēpus emendādi eū: nescio utiq; disperdendi: haberes: habebis tamen emēdandi nescio utiq; dispdēdi: uos eni bti optima queq; detrahitis: quod si feceris boni cōsulam: postea eni illis ex aliqua occasiōe ut meis utar: & beneficio fastidii tui ipse laudabor: ut in eo quoq; adnotatū inuenias: & suprascripto aliter explicitū. Nam cū suspicarer futurū: ut tibi tumidius uideret quid est sonātius & elatius: non alienū existimaui: ne te torqueres addere statim pssius qddā & exilius uel potius humilius & peius: uel tuo iudicio recti us: cur eni non usq; quaq; tenuitatē uestrā insequar exagitemq;: ut iter istas occupationes aliquid aliquādo rideres: illud serio uide: ut mihi uiaticū reddas: quod impendi operam cursore dimisso ne tu hoc cū legeris non partes libelli sed totū libellū improbabis negabisq; ullius pcii esse: cuius pcium reposceris. Vale.

Studium & non studium Feroci. .xiii.

GAius Pli. Feroci suo. S. Eadē epistola & studere te & nō studere significat enigmata loquor: ita plane do nec distictius quod sētio enuntié: negas. n. te studere: sed ē tam polita ꝙ nisi a studente nō potest scribi: aut es tu sup oēs beatus si talia p desidiā & otium perficis. Vale.

Precium agrorum per libitū uenditorum. xiiii.

GAius pli. Corelliæ suæ. S. Tu quidē honestissime: ꝙ tam impense & rogas & exigis: ut accipi iubeam a te precium agrorū nō ex septigentis milibus: q̄ti illos a liberto meo: sed ex nōgentis: quanti a publicanis partem uicesimam emisti: inuicē ego & rogo & exigo: ut non solum

Quid.

quid te uerꝝ etiã qd me deceat aspicias:patiarisq; me in hoc uno tibi eodẽ aĩo repugnaꝛ quo ĩ oĩbus obseq soleo. Vale.

Gagat quid Plinius saturninus requirit. .xv.

